Breslau

De Cratyli Platonici indole ac fine.

Dissertatio inauguralis philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis
ad summos in philosophia honores
in Universitate Friderica Guilelma Silesiaca
rite impetrandos
una cum sententiis controversis in Aula Leopoldina
die XI. mensis Octobris anni MCMXIII
hora XI
publice defendet

Alexander Kiock
Silesius.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Adversarii erunt
Fridericus Streich, Dr. phil.
Felix Voigt, cand. phil.

Vratislaviae MCMXIII.
Apud Guil. Theoph. Korn.

De dissertatione probanda
ad ordinem rettulit
Alfredus Gercke
Examen rigorosum habitum est die IX. mensis
Quintilis anni MCMXIII.

ALFREDO GERCKE

GRATVS LVBENS

D · D · D

Prooemium.

„Denn eben, wo Begriffe fehlen,
Da stellt ein Wort zur rechten Zeit sich ein."

Larvae instar distortae saeve nobis arridentis Cratylus Platonicus strictim dialogum percurrentes eludere et carpere videtur: quis ego sum ? divina ! Diversissimas ac secum pugnantes interpretationes qui perlustraverit, Cratylum limis oculis modo huc modo illuc intuentem facile concedet ἐν παρέργῳ legentes in errores inducere. Quas difficultates cum alii rectissime senserunt tum H. Steinthal; sed sub hac persona taeterrima dolorem ipsius Platonis ac maestitiam delitescere ratus ipse rectam viam, ut videbimus, obstruxit (Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern I p. 108). In alium errorem Carolus Schaarschmidt (Mus. Rhen. XX p. 321) incidit, cui Cratylus cum multis dialogis ita a Platonis ingenio abhorrere videbatur, ut eum insitivum putaret. Ceterum plurimos viros doctissimos, quos mirum illud opus perpetuo nescio quo pacto allexit, philosophos non minus quam philologos et grammaticos de hoc dialogo tantopere dissentire constat quantopere de paucis scriptorum veterum libris. Quapropter dubitet forsitan quis, an operae pretium hoc dialogo retractando facturus non sim; sed ex interpretatione vel ex ipsa dialogi compositione nonnulla spero me enucleaturum esse, quibus lux affulgeat locis omnino obscuris vel parum cognitis. Sed priusquam ad institutum pergamus, liceat interpretationis subsidia potiora affere:

Adam, Observationes in Platonis Cratylum: Progr. Wongrowitz 1875.

Alberti, Eduard, Die Sprachphilosophie vor Platon: Philologus XI (1856) p. 681 sqq.

— Über die Frage nach der Ächtheit oder Unächtheit der dem Platon zugeschriebenen Dialoge Sophistes, Politikos und Kratylos: Philologus XXI (1866).

Ist der dem Platon zugeschriebene Dialog Kratylos ächt?: Rhein. Mus. N F XXII (1867) p. 477 sqq.

Apelt, Otto, Platonische Aufsätze, Lpzg., Berl. 1912.

Arnold, August, Platons Werke einzeln erklärt und in ihrem Zusammenhange dargestellt, II p. 255 sqq. (1855).
Ast, Fr., Platons Leben und Schriften, Lpzg. 1816, p. 264 sqq.
Barlen, K., Antisthenes und Plato. Progr. Neuwied 1881.
Benfey, Theodor, Über die Aufgabe des Platonischen Dialogs Kratylos: Abhandlungen der königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen (phil.-hist. Klasse) XII p. 189 sqq. (1866.)
Bonghi: Dialogi di Platone tradotti da Ruggero Bonghi V, Torino, Roma, Firenze 1885.
— Del significato di ὄνομα e ῥῆμα nel Cratilo p. 404 sqq.
Bonitz, Hermann, Platonische Studien, Berlin 1886³.
Brandis, Handbuch der Geschichte der griechisch-römischen Philosophie. Berlin 1844. I b.
Brownson, Carleton L., Reasons for Platos hostility to the poets: Transactions of the American Philological Association 28 (1897) p. 5 sqq.
Bruns, Ivo, Das literarische Porträt der Griechen im fünften und vierten Jahrhundert vor Christi Geburt, Berlin 1896.
Chappuis, Charles, Antisthène, Paris 1854.
Classen, Joannes, De grammaticae graecae primordiis, Diss. Bonn 1829.
Cobet, C. G., Platonica: Mnemosyne, Nov. ser. V (1877) p. 11 sqq.
Cohen, Hermann, Platons Ideenlehre und die Mathematik, Progr. acad. Marburg. 1878.
Cucuel, Carolus, Quid sibi in dialogo qui Cratylus inscribitur proposuerit Plato, Thesis, Paris 1886.
*Cucuel, Carolus, L'origine du langage dans le Cratyle de Platon: Annales de la Faculté des lettres de Bordeaux 1890, p. 299 sqq.
*Denis, Jacques, Le Cratyle: Faculté des Lettres de Caen, Bulletin mensuel V (Mars 1891) VI (Avril 1891).
Deuschle, Julius, Die platonische Sprachphilosophie, Diss. Marb. 1852.
Diels, Hermann, Elementum. Eine Vorarbeit zum griechischen und lateinischen Thesaurus, Leipzig 1899.
— Fragmente der Vorsokratiker, 3. Aufl. I. II. Berl. 1912.
— Herakleitos von Ephesos, 2. Aufl. Berlin 1909.
Dittrich, Ern. Maur., De Cratylo Platonis, Diss. Berl. 1841.
*Dreykorn, Johann, Der Kratylus, ein Dialog Platons, Progr. Cöslin 1861.
Duemmler, Ferdinand, De Antisthenis logica: Exercitationis grammaticae specimina 1881 p. 51 sqq = Kl. Schr. I p. 1 sqq.
— Antisthenica, Diss. Bonn 1882 = Kl. Schr. I p. 10 sqq.
— Akademika, Beiträge zur Litteraturgeschichte der Sokratischen Schulen, Gießen 1889.
Eckert, Wilhelm, Dialektischer Scherz in den früheren Gesprächen Platons, Diss. Erlang., Nürnberg 1911.
Fleckeisen, Alfred, Zur Kritik des Plautus und Terenz. I—IV nebst einem Auslauf zu Platons Kratylos 414 D: Jahrb. d. klass. Philol. 143 (1891) p. 665 sqq.
Gercke, Alfred, Geschichte der griechischen Philosophie: Einleitung in die Altertumswissenschaft II² p. 275 sqq.
— Sokrates bei Platon: Neue Jahrbücher f. d. klass. Alt. I (1898) p. 585 sqq.

(*) Asterisco eas denotavi commentationes, quas ipse inspicere non potui.

Gomperz, Theodor, Griechische Denker I ^{3} (1911) II ^{3} (1912).
Grote, George, Plato, and the other companions of Socrates II p. 501 sqq. London 1867.
Hartmann, Nicolai, Platos Logik des Seins (= Philosoph. Arb. III), Gießen 1909.
Hayduck, Waldemar, de Cratyli Platonici fine et consilio, Progr. Breslau 1869.
Heath, Douglas Denon, On Plato's Cratylus: The Journal of philology 17 (1888) p. 192 sqq.
Hermann, C. F., Geschichte und System der Platonischen Philosophie I, Heidelberg 1838.
Hermann, Conrad, Das Problem der Sprache und seine Entwickelung in der Geschichte, Dresden 1865.
(Hippocratis) περὶ τέχνης ed. Theodorus Gomperz, Die Apologie der Heilkunst, Leipzig 1910 ^{2}.
Höttermann, E., Platons Polemik im Euthyphron und Kratylos: Zeitschrift für Gymnasialwesen 64, p. 65 sqq.
Horn, Ferdinand, Platonstudien, Neue Folge, Wien 1904.
Hunziker, Argumenta Dialogorum Pl. Paris 1873.
Ihm, Oscar, Über den Begriff der platonischen δόξα und deren Verhältnis zum Wissen der Ideen, Diss. Leipzig 1877.
Joël, Karl, Der echte und der Xenophontische Sokrates, Berlin I 1893, II a b 1901.
Kirchner, Hans, Die verschiedenen Auffassungen des Platonischen Dialogs Kratylos, Progr. Brieg 1891/2, 1892/3, 1896/7, 1900/01.
Klander, C. A., De Platonis Cratylo disputatio, Progr. Ploenii 1847.
Kleemann, August R. v., Platon und Prodikos: Wiener Eranos, Zur fünfzigsten Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Graz, Wien 1909.
Kühnemann, Eugen, Grundlehren der Philosophie, Berlin und Stuttgart 1899.
Lassalle, F., Die Philosophie Herakleitos des Dunklen von Ephesos I. II. Berlin 1858.
Lehrs, K., Platos Kratylos: Rhein. Mus. N. F. XXII (1867) p. 436 sqq.
Lenormant, Car., Commentaire sur le Cratyle de Platon, Athènes 1861.
Lersch, Laurenz, Die Sprachphilosophie der Alten I. II. III. Bonn 1838—1841.
Luckow, R., De Platonis Cratylo dialogo, Progr. Treptow a. Rh. 1868.
Marck, Siegfried, Die Platonische Ideenlehre in ihren Motiven, München 1912.
Meyer, Peter, quaestiones platonicae, Progr. M.-Gladbach, Leipzig 1889.
Michelis, Fridericus, De enunciationis natura, sive de vi, quam in grammaticam habuit Plato, Diss. Bonn 1849.
Mueller, Adolphus, De Antisthenis cynici vita et scriptis, Diss. Marb. 1860.
*Mueller, Josephus, Orat. de Platonis Cratylo: Acta philol. Monac. IV 1 (1829).
Natorp, Paul, Forschungen zur Geschichte des Erkenntnisproblems im Altertum, Berlin 1884.
— Demokritspuren bei Platon: Archiv für Gesch. d. Philos. III p. 522 sqq.

Natorp, Paul, Platons Ideenlehre, Leipzig 1903.
Pfleiderer, Edmund, Sokrates und Plato, Tübingen 1896.
Raeder, Hans, Platons philosophische Entwickelung, Leipzig 1905.
Ritter, Constantin, Platon I, München 1910.
Rosenstock, Paul, E., Platos Kratylos und die Sprachphilosophie der Neuzeit, Progr. Strasburg W.-Pr. 1893.
Sachs, Julius, Observations on Plato's Cratylus: Transactions of the American Philological Association 9 (1878) p. 59 sqq.
Schaarschmidt, Carol., Über die Unächtheit des Dialogs Kratylos, Rhein. Mus. N. F. XX (1865) p. 321 sqq.
Schäublin, Friedrich, Über den Platonischen Dialog Kratylos, Diss. Basel 1891.
Rec.:
M. Guggenheim: Neue philologische Rundschau 1892, V p. 65 sqq.
Schneider, Gustav: Berl. philol. Wochenschr. 13 (1893) p. 261 sqq.
Schleiermacher, F.: Platons Werke übersetzt von Sch. II 2.
Schmidt, Hermann, Platos Kratylus im Zusammenhange dargestellt und durch kritisch-exegetische Anmerkungen erläutert, Halle 1869.
*Schuster, P., Heraklit von Ephesos: Act. soc. philol. Lips. III, Leipzig 1873.
Socher, Joseph, Über Platons Schriften, München 1820 p. 161 sqq.
Stählin, Friedrich, Die Stellung der Poesie in der Platonischen Philosophie, Diss. Erlang., Nördlingen 1901.
Stallbaum, G., Platonis opera omnia V 2, Gothae et Erfodiae 1835.
Steinhart, Einleitung zum Kratylus (übersetzt von Hieronymus Mueller), Leipzig 1851, p. 531 sqq.
Steinthal, H., Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern I. II., Berlin 1890/91^2.
Susemihl, Genetische Entwickelung der Platonischen Philosophie I p. 144 sqq. Leipzig 1855.
Urban, Karl, Über die Erwähnungen der Philosophie des Antisthenes in den Platonischen Schriften, Progr. Königsberg 1882.
Winckelmann: Antisthenis fragmenta coll. et ed. Aug. Guil. Winckelmannus, Turici 1842.
Woltjer, De Platone prae-socraticorum existimatore et iudice Lugd. Bat. 1904.
Zeller, Eduard, Die Philosophie der Griechen I b ^{5}, II a ^{4}.

Quo consilio Plato dialogum scripserit, ne hodie quidem inter omnes constat: cuius dissensionis causam ironiam illam Socraticam puto esse ab interpretibus saepe neglectam vel denegatam; nonnulli enim — ne a Schleiermachero quidem satis edocti, immo opinionem quandam praesumptam secuti ab eaque prorsus praeoccupati et devincti — Platonis argumentationem totam integritatis et probitatis, severitatis et gravitatis („eingebildete Gravität", Socher p. 165) specimen esse facile sibi persuaserunt. Hos uno potissimum nisos argumento, quod

malignitas omnino a summi philosophi ingenio abhorreat, ad vanas illas et fictas opiniones confirmandas atque evincendas vel suas non raro sententias dialogo subicere videbimus. Purgari a se Platonem rati nescio quo modo summi artificis non minus quam philosophi ingenio officiunt, qui serio[1]) et cum gravitate eum illa protulisse contendunt, quae ipse acerbissima ironia et parodia detorsit. Centum fere annis ante iam Socher hasce opiniones penitus insitas impugnavit.

In hac commentatione scribenda id praecipue egi, ut veram Platonis sententiam sub ioci tegumento reconditam ex ipso dialogo detegerem memor illius Bonitzii praecepti (Prooem. ed. II, Gercke, Einl. II p. 386); qua in re fieri non potuit, quin nonnullis interpretum opinionibus repugnarem, contra eos imprimis exsurgerem, qui neglecta Cratyli compositione certa quaedam ex dialogo de ipsius Platonis studiis etymologicis colligere conantur: quae nisi remotis parodiae involucris non cognoscuntur. Ac ne tum quidem pro certo discerni poterit, quo spectet ironia, quid veram adversariorum sententiam exhibeat, quid acerbissima cavillatione in deterius detortum sit; nam difficillimum pro admiranda cum Graiae tum Platonicae Camenae facilitate est illum reperire locum, in quem speculi illius concavi radii colligantur, ut recta neque depravata imago effici possit. Vacillant[2]) igitur ea, quae nisi ex dialogo de huius aetatis rationibus etymologicis non colliguntur quibusque alii fontes desunt.

Omnes interpretum sententias, incertas persaepe atque ambiguas, enumerare supervacaneum puto esse, postquam Ioannes Kirchner diligentissime plurimarum commentationum epitomas vel argumenta congessit, quae praetereuntibus sufficient. Aliorum sententiis breviter adnotatis vel ad verbum, ne quis in hac re sane lubrica irrepat error, allatis dicam quid

---

[1]) e. gr. Kirchner II p. 17: „Nur werden wir ihm (Schleiermacher) darin nicht beistimmen können, daß ‚Plato sich das Besondere jener Sprachbehandlung abgesteckt hat, um wer weiß welche Komödie aufzuführen,‘ da eine solche Auffassung Platos durchaus unwürdig ist“. — Schaeublinus p. 82: „Dieser Besprechung der Ansicht von Schleiermacher und Dümmler möchten wir noch zum Schluß die Bemerkung anknüpfen, daß, wer sie annimmt, Plato auch eine Art und Weise der Kritik an seinen Gegnern zutrauen muß, welche denn doch mit dem Charakter (!) des Mannes, wie wir (!) ihn aus seinen übrigen Werken (?) kennen lernen, nicht wohl vereinbar sein dürfte.“ e. q. s. Talia vel Guggenheim impugnat (p. 66).

[2]) vid. Raederum p. 150.

sentiam sine flexionibus vel deverticulis; nam: *ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς „ἀληθείας“ ἔφυ.*

Cum supervacaneum sit, epitomarum Cratyli numerum augere, pauca tantummodo liceat verba facere de dialogi, ut ita dicam, cardinibus.

Dialogi argumentum.

Duae sunt *Cratyli* partes praecipuae, altera (p. 383 A — 427 D), in qua Socrates Hermogenis sententiam impugnat, altera (428 E—440 C), in qua Cratylum, Heracliti discipulum, ab Hermogene plane dissentientem convincit.

Ac prior quidem pars iterum bipartita est. Exordii enim instar Plato (p. 383 A—390 E) Hermogenis opinionem primo reiectam rationibus quibusdam grammaticis redarguit; postea (p. 391 A—427 D) exemplis ex usu linguae sumptis sententiam suam confirmare videtur.

A I) Hermogenes, Hipponici filius (384 A, 406 B), divitis Calliae frater pauper[1]), cum Cratylo, sintne *φύσει* an *θέσει* nomina *recta*, disputans Socratem constituit arbitrum. Nulli rei natura nomen esse, immo e conventu et consuetudine eorum qui mutatis[2]) utuntur nominibus, quodlibet nomen a quolibet homine rei impositum *rectum* esse contendit Hermogenes (384 D). Socrates eum concedere cogit (385 B) enuntiationem eiusque partes, nomina, recta esse, si veram naturam exhibeant, si minus, falsa esse. Hermogenes autem in sententia sua perseverat recta esse omnia nomina, quae ad cuiusvis arbitrium formata sint, nisus in varietate nominum, quorum alia barbaris non minus recta videantur quam alia Graecis (385 DE). Ad hanc opinionem impugnandam Socrates ex eo quaerit, num etiam natura rerum cuiuslibet arbitrio et licentia contineatur, ac Protagoras mensuram esse hominem omnium rerum ratus (385 E sq.) num rectum viderit; quae si ita se haberent, omnino non differre bonos a malis, prudentes ab imprudentibus (!). In eundem errorem deflecteremur, inquit, si Euthydemum sequeremur contra aeque simul semper omnibus omnia esse iudicantem, cum ne hac quidem re boni a malis distingui possent (386 D); quod Hermogenes concedit. Necesse igitur est ipsas res naturam firmam atque ratam habere, neque in opinionibus hominum,

---

[1]) 391 C *οὐκ ἐγκρατὴς . . . τῶν πατρῴων.*

[2]) 384 D *τῶν μεθιστάντων,* vid. *μετατεθέν.*

sed in se ipsis positas esse; neque minus actiones (πράξεις 387 A sqq.) secundum ipsam naturam faciendas esse: ut secandum, comburendum, texendum, perforandum, sic nominandum esse secundum legem quae ipsa natura contineatur. Nomen igitur, instrumentum nominandi, i. e. rerum naturam docendi et discernendi, ut terebra et radius, nisi ab harum rerum perito effici non potest, a *legislatore* (νομοθέτης 388 E sqq.), „morislatore" (Cucuelius p. 28), qui ipsam rei naturam vocibus et syllabis effingere sciat, apud barbaros non minus quam apud Graecos. Qui utrum recte hoc nomen formaverit necne, vir dialecticus diiudicare poterit, quo moderante atque custodiente *legislatori* nomina instituenda sunt.

A II) Tum Socrates Cratylum rectum vidisse professus (!) (390 DE) Hermogeni petenti sententiam suam exemplis probat. Sed

B) 428 D, ubi primum Cratylus totam Socratis enarrationem summopere probavit atque collaudavit, se parum confidere sententiae suae confitetur (!) et Cratylum diu reluctatum convincit, quamvis non plane ei persuadeat vanas hasce esse opiniones. — Quibus de partibus diversissimis ac secum pugnantibus cum infra uberius agendum sit, satis sit haec commemoravisse.

Exordium.

Cratylus Platonicus etymologiarum mole obscuratur. Summa totius dialogi prior pars videtur esse, cum plus dimidio amplectatur. Sed difficultates maximas praebet iocosus lusus, quem nonnullis locis inesse nemo adhuc negavit. Quid serio, quid iocose intellegendum est? Cur Plato, si veram sententiam protulit, iocularia abunde miscuit seriis adeoque miscuisse videtur, ut limites pro certo non discernantur? Insulsum fuit seriam argumentationem tanta absurdissimi ioci mole obruere. Deinde, quod in argumento breviter attigimus, ipse Socrates secum pugnat, cum in parte grammatica (391 A—427 D) naturalem nominis et rei conexum esse contendat, in altera tamen parte sententiae contrariae multo magis faveat. Utra ipsius Platonis sit, nondum satis constat; cum Classenius, C. F. Hermannus, Dittrichius, C.Hermannus, Pfleiderer[1]) Platonem naturalem conexum praetulisse putent, tamen alii[2]) neutram Platonis

[1]) Sokrates und Plato 1896, p. 319.

[2]) quos enumerat Kirchner III p. 25.

veram sententiam fuisse censent. Ex his difficultatibus apparet priorem partem non per se ipsam intellegi. Immo e ceteris dialogi locis quaerenda sunt interpretationis subsidia, quibus occulta et obscura explanentur. Priusquam ad ipsius dialogi analysin progrediamur, utra sententia ingenio Platonis aptior fuisse videatur, quaerimus. Hoc sine ulla dubitatione statui potest: Vix credendum est Platonem, qui pulcherrimam nos idearum doctrinam docuit, rerum cognitionem inanibus nominibus commisisse. Immane quantum discrepant constantia firmitasque idearum Platonis et verborum inanium crepitus ilico evanescens (cf. Parm. fr. 8, 38 sq.) Non minus inter se pugnant idearum unitas et nominum varietas, cum multis saepenumero verbis singulae effingantur notiones contraque singula nomina diversissima non raro significent. His fere de causis Democritus naturalem nominum et rerum conexum pernegavit[1]). Nominum et ipsarum rerum conexum Platonem negavisse ex eo elucet, quod lingua hominum, ut humanarum rerum species vana, sensualismo et nominalismo maxime probata est, quae doctrinae cum doctrina idearum Platonica pugnant. Neque igitur sine aliqua verisimilitudine suspicabimur Platonem linguam magis conventu et pactione ortam putavisse atque, quo eminentiorem idearum doctrinam faceret ac praedicaret, eos impugnavisse vel derisisse, qui ex lingua cognitionem rerum haurirent. Partis grammaticae difficultates solventur, si lusum quendam festivum statuimus a Platone prolatum esse; quod iam antea haud paucis visum est, imprimis Schleiermachero[2]), Sochero, Benfeyo aliisque. Nunc si quis dubitat, an Platonis ingenio dignus non fuerit talis lusus, his causis, quibus non verisimile videtur esse Platonem seriam doctrinam protulisse, exempla quaedam addo, quibus huic parti interpretandae lux fortasse affulgebit.

In fragmentis ad Faustum pertinentibus, quae Goethius in scriniis reliquit, legimus:

Etymologie.

Mephistopheles spricht:

Ars Ares wird der Kriegesgott genannt,
Ars heißt die Kunst und Arsch ist auch bekannt.

---

[1]) Procl. in Crat. 16 p. 6 Boiss. = Democr. fr. 26 D, quod optime exposuit Gomperzius I [3] 319.

[2]) Immerito Kirchner II (III) p. 18 huius summi philosophi sagacissimam commentationem fere nihil nisi „geistreiche Aperçus" esse contendit.

Welch ein Geheimnis liegt in diesen Wundertönen!
Die Sprache bleibt ein reiner Himmelshauch,
Empfunden nur von stillen Erdensöhnen;
Fest liegt der Grund, bequem ist der Gebrauch,
Und wo man wohnt, da muß man sich gewöhnen.
Wer fühlend spricht, beschwätzt nur sich allein;
Wie anders, wenn der Glocke Bimbam bammelt,
Drängt alles zur Versammlung sich hinein.
Von Können kommt die Kunst, die Schönheit kommt vom Schein (!)
So wird erst nach und nach die Sprache fest **gerammelt,**
(cf. Plat. Crat. *συγκεκροτημένον*)
Und was ein Volk zusammen sich gestammelt,
Muß ewiges Gesetz für Herz und Seele sein.

Similem lusum reddit Hauffius, Memoiren des Satans I 7: Beelzebub. Certe augeri poterunt talia exempla, quibus viri summo ingenio praediti verborum enodationes grammaticas rident. An Goethium quis putat illorum nominum originem serio scrutatum esse? Sed missis iocis statuamus necesse est haud exiguam similitudinem inter Goethii et Platonis rationes intercedere. Quae infra omnia aperta fient; videbimus Socratem *priorem* ipsius Mephistophelis Goethiani partes agentem. — Quo magis mirandum est, quod ne his quidem temporibus defuerunt, qui in parte grammatica serio Platonem in enodandis verborum originibus laborare putarent, qui etymologias non abhorrere a Platonis ingenio, qui maiorem partem eum originationum agnovisse, qui eum iocularia tantummodo miscuisse seriis contenderent.

Ante hos demum XXII annos Fridericus Schaeublinus in dissertatione novam quandam viam ingressus multo maiorem originationum partem serio ab ipso Platone prolatam esse demonstrare conatus est; quem mirum in modum secuti sunt Guggenheim p. 65 sqq., Schneider p. 261 sqq., Kirchner III p.22 sq.25, IV p.20. Nonnullas tamen etymologias (ut *Ἥρα ∼ ἀήρ* 404 C) derisione peremptas aut festive fictas Schaeublinus negare non potest; sed qua ratione iocus ad seriam disputationem quadret, perspici nequit. — Schaeublinus Herodiani reliquias cum Platonis dialogo comparatas sese putat fundamentum invenisse originationes *Cratyli* interpretandi: „denn was Herodian ernsthaft nahm, das konnte wohl auch Plato nicht als Scherz gelten, oder brauchte wenigstens das nicht, zumal da

er ja ein sicheres Urteil (!) über Richtigkeit oder Unrichtigkeit einer Ableitung noch gar nicht haben konnte" (p. 17). Benfeyum igitur impugnat, qui originationes paucis exceptis de industria a Platone acerbissima derisione peremptas ac dialogum eo imprimis consilio scriptum esse sensit, ut linguam ad res ipsas cognoscendas maxime inutilem esse demonstraretur. Sed tantum abest, ut exigua similitudine, quae inter has paucas Herodiani et Platonis etymologias intercedit, Schaeublini sententia probetur, ut discrepantia maioris partis refutetur. Hanc argumentationem omnino ratione ac subtilitate philologica carere[1]) ex ea re cognoscitur, quod eisdem vel similibus rationibus Platonem ductum esse atque Herodianum ponit Schaeublinus, qui norma grammatica in interpretando Platone utitur; vel ipsa Platonis aetate non defuerunt, qui arte sophistica — Heracliti discipuli aliique, de quibus infra agemus — originem verborum serio scrutarentur; num hac re Platonem idem sensisse demonstratur? Nonne etiam his temporibus a nonnullis serio ac sedulo verborum originationes proferuntur, quas alii summopere disprobant? Schaeublinum, quod dialogi compositionem neglexit, permulta secum pugnantia, permulta quae ipse Plato iocosa esse dicit aperte ac tecte, fugerunt; irritum igitur eum demonstrabo laborem suscepisse conspectu grammaticae Platonicae conficiendo.

Sed multo gravius ac periculosius mihi videtur, quod ante hos IV annos Alfredus Gudeman, (Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie[2]) ed. II p. 18) fieri non posse paucis verbis statuit, ut originationes Cratyli ironia et parodia prolatas esse putemus: „Die uns oft komisch erscheinenden Etymologien Platos dürfen nicht, wie dies noch meist geschieht, als ironisch oder parodisch aufgefaßt werden, so wenig wie die nicht minder unwissenschaftlichen Ableitungen eines Varro oder der antiken Etymologen überhaupt."

---

[1]) Quam inane hoc Schaeublini argumentum sit, iam Eckertus p. 16 sq. breviter attigit. Immane quantum discrepant ieiuna et arida grammatici disputatio et poetica Platonis facultas ingenique vis. — Ipse Schaeublinus (p. 37) Bacchi originationem, quam iocosam esse ipse Plato dicit (406 C) meliorem esse quam Herodiani II 492, 23 contendit, qua ex re totam eius argumentationem vacillare facile perspicies.

[2]) Quo libro plurimi utuntur iuvenes philologiae studiosi, ut iam verendum sit, ne tales opiniones percrebescant.

Nunc sagacissimas priorum interpretum, Schleiermacheri, Benfeyi, Duemmleri, recentiorum Hornii, Raederi, Ritteri[1]) commentationes cum lego, maestitia et dolore afficior, quod omnes hi viri doctissimi tantopere Platonem amantes, quocum totam fere vitam vixerunt, communi errore teneri videntur. Confiteor tamen me eodem implicatum esse. Qui si est error, errare malo cum his interpretibus quam cum illis vera sentire, qui in Cratylo dialogo Platonem serio in enodandis nominibus laborare contendunt[2]). Si ad horum sententiam accedimus, haud dubie sequitur, ut indiligenter temere petulanter (quod ex quavis fere partis grammaticae pagina elucet) Plato in hac re versatus esse videatur, quem ipsa rerum cognitione vigere scimus. Videbitur nobis Plato grammaticus quilibet fuisse, qui more sophistarum sedulo originem verborum inquirebat, cuius inertiam et imprudentiam, si non ridemus, at certe moleste ferimus et, qua maiore sumus — scientia, excusamus[3]).

At Platonem qui novit amatque, minime concedet serio ab ipso philosopho maiorem originationum partem prolatam esse. Quam n o n verborum tales enodationes ipsarum rerum naturam effingunt, quam ridiculae atque insulsae, ne dicam furibundae, interpretationes verborum videntur, quae ut rerum notionibus respondeant, tantum abest, ut rectae notionis contraria reddant (e. gr. 421 B ἀλήϑεια). — Sed quae in singulorum iudicio atque opinione posita sunt: alius aliud sentit. Ne frustra igitur Platonis ingenium purgemus atque defendamus, alia quaedam via ingredienda est: geometrica ratione ex ipsa dialogi compositione demonstremus, quod iam antea haud pauci[4]) senserunt et quod supra contendimus: P l a t o n e m e o c o n s i l i o d i a l o g u m s c r i p s i s s e, u t l i n g u a m h o m i n u m a d r e s i p s a s c o-

---

[1]) Quem libere professum esse gaudeo (p. 468): „Es ist .... schwer begreiflich, wie manche Philologen sich einbilden können, irgend eine der in diesem Abschnitt enthaltenen Worterklärungen (391 A—421 E) sei von Platon ernst gemeint."

[2]) Schaeublinus p. 71: „Plato übt redlich (!) das etymologische Verfahren, so gewissenhaft als es die damaligen Mittel und Einsichten gestatteten," . . — Quis tibi talem largitus est licentiam?

[3]) Schaeublinus p. 30: „Dieser Umstand (quod etiam Herodianus de derivanda voce ἐπίσταμαι ∼ ἐπιστήμη Plat. Crat. 412 A opp. 437 A ∼ dubitat [!]) mag Plato entschuldigen!" cf. p. 80: „Seine (Platos) naive Bemerkung . . ." Sed uter excusatione egeat, Plato an Schaeublinus, infra videbimus.

[4]) Imprimis Benfeyus, Luckowius passim, Eckertus p. 17.

gnoscendas maxime inutilem atque inertem esse ostenderet.

In dialogi parte 391 A—427 D a multis non satis discerni posse supra commemoravimus, quaenam seria, quae iocosa intellegenda sint; nonnullis igitur locis haesitantes et in angustiis versantes atque etiam ex sua ipsorum opinione parum aperta supplentes[1]) eos videmus interpretes, qui singulos dialogi locos deinceps perlustrant; in singulis igitur parum certe componendis versantur, summam dialogi non vident. Quam viam parum probandam esse ex ea re cognoscitur, quod hanc priorem partem interpretanti ad recte intellegendam non pauca desunt, quae nisi ex posteriore parte non cognoscuntur. Deinde hac ratione facilius absque dubio via patefit sophismatibus et captionibus, imprimis Megaricorum illi „soriti": cum pro certo demonstrari nequeat singulas originationes Platoni iocandi materiem praebuisse, dialogi pars etymologica seria intellegenda est! Cuius erroris evitandi causa analytica[2]) utamur ratione Galileiana.

[1]) e. gr. Steinthalius I 101: „Indessen, das alles kann unmöglich ausschließlich Scherz gewesen sein! Ernst ebensowenig: also (!) wehmütiger Scherz und Selbstverspottung."

[2]) Nego veram analysin secundum Galileii sententiam eam esse rationem, quam non pauci, ut Arnoldius et Schmidtius, in conscribendis commentationibus sequuntur; quas potius argumenta vel epitomas dixerim.

Argumentatio.

Du hassest Alle, die nur Formeln schwätzen,
Du strebst das Innre jedes Dings zu sichten,
Und übst den Geist in schroffen Gegensätzen.
(Platen, Sonette V, An F. v. B.)

Diversissimae ac secum pugnantes opponuntur in Cratylo binae sententiae contrariae[1]):

I. Nomen natura rectum est — opp. — nomen ad cuiuslibet arbitrium formatum rectum est.

In usum grammaticum translatam videmus rationem Euthydemi, qui omnia omnibus simul semper esse contendit, et Protagorae hominem rerum mensuram esse rati. Quem utrumque ad nimium pervenire Plato p. 386 CD ostendit.

II. Heracliti doctrina: *πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει* (Crat. 402 A) — opp. — Parmenidis doctrina (cf. Parm. fr. 8,5 sq. *νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν, ἕν, ξυνεχές*).

Utram sententiam in dialogo secutus sit Plato vel utri magis faverit quaerenti hic potissimum locus rem explanat (440 CD): *ταῦτ᾽ οὖν πότερόν ποτε οὕτως ἔχει ἢ ἐκείνως, ὡς οἱ περὶ Ἡράκλειτόν τε λέγουσιν καὶ ἄλλοι πολλοί, μὴ οὐ ῥᾴδιον ᾖ ἐπισκέψασθαι, οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου ἐπιτρέψαντα ὀνόμασιν αὑτὸν καὶ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν θεραπεύειν, πεπιστευκότα ἐκείνοις καὶ τοῖς θεμένοις αὐτά, διασχυρίζεσθαι ὥς τι εἰδότα, καὶ αὑτοῦ τε καὶ τῶν ὄντων καταγιγνώσκειν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός, ἀλλὰ πάντα ὥσπερ κεράμια ῥεῖ, καὶ ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ κατάρρῳ νοσοῦντες ἄνθρωποι οὕτως οἴεσθαι καὶ τὰ πράγματα διακεῖσθαι, ὑπὸ ῥεύματός τε καὶ κατάρρου πάντα χρήματα ἔχεσθαι.* Hac lepidissima doctrinae Heracliteae cavillatione, quae neminem fugiet, Plato satis superque ostendit se reiecta atque improbata Heracliti Parmenidis sententiam tanti a se aestimati illi oppositam sequi,

---

[1]) Similiter in Philebo opponuntur Eudoxi et Megaricorum sententiae diversissimae: v o l u p t a s est summum bonum — opp. — p r u d e n t i a est summum bonum. cf. Steinthalium p. 86.

praesertim cum in altera parte passim (437 A sqq., 439 C sqq. etc.) motui Heracliti quietem constantiam firmitatem unitatem obiciat. Parmenides in egregio *περὶ φύσεως* carmine deam finxit sibi veritatem perpetuam et fallaces hominum opiniones (*δόξας*) ostendentem. Quam veritatis et opinionum discrepantiam si observabimus, lux affulgebit haud paucis dialogi locis. Eae tantummodo res cognosci possunt, quae constantes eodem permanent (439 C sqq.); certa ad rerum naturam cognoscendam via est idearum doctrina[1]); quae cum Heracliteae rationi reiectae opponatur, licet colligere huius dialogi idearum doctrinam in puris putis Parmenidis praeceptis niti. Hanc unam veritatem Parmenideam appetendam esse Plato studet evincere in Cratylo, neglegendas hominum opiniones; quae *ἀλήθεια* neque Protagorae est neque alius cuiusdam — Antisthenis, ut videbimus. Certum est Platonem in dialogo de vera cognitione disputare[2]) (praec. 438 E, 439 A—E, 440 A—C). Iis igitur asserendus est Cratylus dialogis, in quibus de verae cognitionis viis Plato quaerit, Theaeteto[3]) imprimis, quocum omnino artius dialogum cohaerere constat, et Euthydemo[4]). Quaestionis huius in Cratylo, quo grammaticae rationes continentur, ea pars tractatur, quam sic verbis expresserim: Potestne fieri, ut ex nominibus ipsius rei cognitio hauriatur?[5]) Ipse Plato ad hanc quaestionem respondet (438 D): *ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἄλλ᾽ ἄττα ζητητέα πλὴν ὀνομάτων, ἃ ἡμῖν ἐμφανιεῖ ἄνευ ὀνομάτων ὁπότερα τούτων ἐστὶ τἀληθῆ, δείξαντα δῆλον ὅτι τὴν ἀλήθειαν τῶν ὄντων;*[6]) quae veritas est Parmenidea. Ex hoc loco sine ulla dubitatione colligendum est veriloquium secundum ipsam verbi vim Platonis sententia nullum esse, nominibus rectitudinem non inesse. Hoc communi errore tenentur Cratylus et Hermogenes, quod nomina recta esse contendunt, alter *φύσει*,

---

[1]) 439 C *ὃ ἐγὼ πολλάκις ὀνειρώττω κτλ.* varias interpretum de huius dialogi idearum doctrina sententias enumerat Kirchner III p. 24.

[2]) vid. 436 A *εὕρεσιν τῶν ὄντων . . .*

[3]) Natorpius p. 119, Raeder p. 280, Diels, Elem. p. 18. Gomperz II p. 602, qui Caroli Giussani commentationem „La questione del linguaggio . . .“ quam ipse inspicere non potui, affert.

[4]) Natorpius p. 119, 121. Raeder p. 146.

[5]) Hoettermannus p. 79,

[6]) cf. 439 B: *ἀγαπητὸν δὲ καὶ τοῦτο ὁμολογήσασθαι, ὅτι οὐκ ἐξ ὀνομάτων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αὐτὰ ἐξ αὐτῶν καὶ μαθητέον καὶ ζητητέον ἢ ἐκ τῶν ὀνομάτων;* 440 C: . . *οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου ἐπιτρέψαντα ὀνόμασιν αὐτὸν καὶ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν θεραπεύειν κτλ.*

alter *θέσει*; qua in re diversissimae eorum sententiae congruunt; Plato autem omnino recta esse negat nomina.[1]) — Quae satis aperta essent, nisi in priore parte Socrates naturalem nominis et rei conexum esse contenderet et tot variisque exemplis allatis confirmare videretur. Socratem huius dialogi certum est cum Hermogene et cum Cratylo sermonem conferentem diversissimis ac plane contrariis rationibus uti. Alterutrum igitur statuendum est: Aut nominibus rei ipsius naturam perspici posse putavit Plato, aut non putavit; aut ad cognitionem rata esse nomina voluit, aut inutilia et inertia arbitratus est. Solvitur quaestio ipso dialogi progressu; veram enim sententiam non omnino celavit Plato. Ipsum Socratem disputationem grammaticam ad irritum vindicantem[2]) facit: (428 A) *καὶ μὲν δὴ ἔγωγε καὶ αὐτός, ὦ Κρατύλε, οὐδὲν ἂν ἰσχυρισαίμην ὧν εἴρηκα, ᾗ δέ μοι ἐφαίνετο μεθ' Ἑρμογένους ἐπεσκεψάμην, . . .* D: . . . *θαυμάζω καὶ αὐτὸς πάλαι τὴν ἐμαυτοῦ σοφίαν καὶ ἀπιστῶ. δοκεῖ οὖν μοι χρῆναι ἐπανασκέψασθαι τί καὶ λέγω. τὸ γὰρ ἐξαπατᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' αὐτοῦ πάντων χαλεπώτατον. ὅταν γὰρ μηδὲ σμικρὸν ἀποστατῇ ἀλλ' ἀεὶ παρῇ ὁ ἐξαπατήσων, πῶς οὐ δεινόν;* cuius loci vim parum recte adhuc intellectam video. Nonnumquam Plato ad refellendas adversariorum sententias talibus utitur artificiis, ut Socratem primo adversarii partes suscipientem, eisdem vel similibus rationibus usum illius sententiam sequentem et peragentem faciat[3]) et eius ipsius argumentis adversarium confutet. Quae ex illis sententiis sequuntur, tam ridicula videntur ac futilia[3]), ut vel ipsa parodia his redarguendis opinionibus sufficiat. Sed ut omnis dubitatio tollatur, tum Socratem facit erravisse se confitentem et remotis simulationis involucris serio ac subtiliter disputantem. Huius rei gravissimum est, quod Socrates se ipsum corrigere simulans aliorum sententias, quas adhuc parodia detorsit, refutat.[4]) Quo

[1]) Quod ex acerbissimis eius verbis apparet: (440 C) *οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος* . . . fortasse iam secreto ad veram suam sententiam alludit: (391 A) *ἐγὼ μὲν . . . οὐδεμίαν λέγω (τὴν ὀρθότητα).*

[2]) vid. Raederum p. 149.

[3]) Id quod nostrates „absurde Consequenz" dicunt.

[4]) Sagacissime reiectis Brunsii opinionibus Alfredus Gercke (N J kl A I p. 585 sqq. vid. Einl. II p. 386) Duemmlerum et Ioëlium secutus demonstravit similibus Platonem uti artificiis in aliis dialogis, imprimis Phaedro 260 B—D et Theaeteto 166 C. Cuius interpretationibus maxime favet hic Cratyli locus, ex quo Brunsium p. 282 sqq. 303. 314 parum recte de Socrate Platonico iudicavisse apparet.

artificio versutiae ac malignitatis pleno Cratylum a Platone perstringi ea praecipue re verisimillimum fit, quod Cratylum (428 C) Socratis disputationem summopere collaudantem induxit: Cogit adversarium pertinaci atque inexorabili prope animo **omnes** Socratis nugas agnoscere (nam nonnullis locis Socratem nugari nemo negat); atque hoc ipso temporis vestigio, ubi primum totam Socratis enarrationem **nullis exceptis** Cratylus collaudavit, persona crudeliter detracta serio Cratylo demonstrat, quam inanem sententiam probaverit. Nunc, ut omnes scrupulos evellamus, ex ipso dialogo huius sententiae subsidia quaeramus.

Jam singula examinemus; ac primum quidem eos colligamus locos, ex quibus vera Platonis sententia sine ulla dubitatione elucet. Partis 428 E — 440 C argumentatio vultum non mutat ac seria intellegenda est, cuius summam quam brevissime explicemus:

I.) Legislatorum nomina imponendi artem ut pictorum et architectorum artem omnibus eandem non esse Plato demonstrat (429 A sqq.); itaque alia nomina meliora, alia deteriora sunt. Cratylus errat, qui haec deteriora, i. e. parum recta, nihil nisi flatum vocis appellat; nomina sunt nihilosecius, sed falsa, id quod Cratylum diu reluctatum concedere cogit (431 A) comparatis nominibus cum picturis (430 B sqq.). Itaque sequitur (431 B): *εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ ἔστι μὴ ὀρθῶς διανέμειν τὰ ὀνόματα* (ut antea demonstratum erat) *μηδὲ ἀποδιδόναι τὰ προσήκοντα ἑκάστῳ, ἀλλ᾽ ἐνίοτε τὰ μὴ προσήκοντα, εἴη ἂν καὶ ῥήματα ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖν. εἰ δὲ ῥήματα*[1]) *καὶ ὀνόματα ἔστιν οὕτω τιθέναι, ἀνάγκη καὶ λόγους. λόγοι γάρ που, ὡς ἐγῷμαι, ἡ τούτων σύνθεσίς ἐστιν. ἢ πῶς λέγεις, ὦ Κρατύλε;* Itaque fieri potest, ut falsa praedicentur.

II.) Comparatione nominum et picturarum alterum gravissimum argumentum efficitur: pictura ipsius rei naturam non

---

[1]) *ῥῆμα* est verbum vel enuntiatum; nam de huius vocis vi et significatione interpretes dissentiunt; cum multa parum certa ac secum pugnantia prolata videam, liceat monere Hornium p. 13 rectum vidisse; „*ῥῆμα*“ vox simpliciter nostrae „Aussage“ vim habet neque quicquam refert, utrum unum tantum an complura contineat verba. Quod iam Benfeyus sensit; ac parum recte Hornius p. 13 putat Benfeyum contendisse „*ῥῆμα*“ vocem „überhaupt nicht ein einzelnes Wort“ significare. Fugisse videtur Hornium Benfeyi sententia aperte p. 329 prolata: „Dagegen ist zu bemerken, wie ich schon oben angedeutet habe, daß *ῥῆμα* auch ein einzelnes Wort eines Satzes bezeichnen könne.“ — vid. Schaeublinum p. 47; Uphues p. 1, Bonghi praec. p. 412 etc.

exhibet nisi colores aliaque rei propria subtiliter reddit; omissis aliis, aliis additis pictura profecto exsistit, sed qua ipsa res non perspicitur (431 C); sic etiam nomina, quibus non coloribus, sed litteris et syllabis rerum naturam legislator exhiberi voluit, hoc propositum non assequuntur, nisi omnes partes rem ipsam reddunt, aliis non subtractis neque superadditis. Unde efficitur: nomina, quae litteras vel syllabas naturae rei repugnantes continent aut litteras vel syllabas rei naturam effingentes non continent, plane recta non sunt (431 D).

III.) Absurdum est res et nomina aequa atque eadem esse, nam ridicula paterentur res omnibus sic geminatis, neque ipsa res a nomine discerni posset. 432 D: *Γελοῖα γοῦν, ὦ Κρατύλε, ὑπὸ τῶν ὀνομάτων πάθοι ἂν ἐκεῖνα, ὧν ὀνόματά ἐστιν τὰ ὀνόματα, εἰ πάντα πανταχῇ αὐτοῖς ὁμοιωθείη. διττὰ γὰρ ἄν που πάντα γένοιτο, καὶ οὐκ ἂν ἔχοι αὐτῶν εἰπεῖν ⟨οὐδεὶς⟩ οὐδέτερον, ὁπότερόν ἐστι τὸ μὲν αὐτό, τὸ δὲ ὄνομα.* His argumentis Platonem eorum doctrinam impugnare elucet, qui formae et nominis discrimen prope tollunt, dico nominalismum, qui continetur praecipue Cratyli verbis 435 D: . . . *ὃς ἂν τὰ ὀνόματα ἐπίστηται, ἐπίστασθαι καὶ τὰ πράγματα*[1]).

IV.) Exemplo vocis *σκληρότης*, quae *λ* litteram lubricum quiddam exhibentem ac sic rei naturae repugnantem continet, Cratylum reluctantem ac deverticula quaerentem concedere[2]) cogit ex consuetudine pacto conventu orta nomina intellegi (434 C sqq.[3]).

V.) Periculum est, ne legislator male de rebus opinatus (436 B) vel principio deceptus sit (436 C); quem errorem irrepsisse ac neglectum a legislatore alios quoque errores secreto traxisse (436 D) verisimillimum est; unde legislator, quem antea scientem fuisse falso contendit Cratylus, rerum cognitionem hausit, cum nomina, quibus solis[4]) res perspici posse putat Cratylus, priusquam ab ipso legislatore formata sunt, nulla[5]) fuerint (438 A sq.)?

---

1) vid. 436 A . . . *τὸν τὰ ὀνόματα εὑρόντα καὶ ἐκεῖνα ηὑρηκέναι, ὧν ἐστι τὰ ὀνόματα.*

2) 435 B *ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ξυγχωροῦμεν, ὦ Κρατύλε- τὴν γὰρ σιγήν σου ξυγχώρησιν θήσω . . .*

3) vid. 435 C *ἀλλὰ μὴ ὡς ἀληθῶς, τὸ τοῦ Ἑρμογένους, γλίσχρα ᾖ ἡ ὁλκὴ αὕτη τῆς ὁμοιότητος, ἀναγκαῖον δὲ ᾖ καὶ τῷ φορτικῷ τούτῳ προσχρῆσθαι, τῇ συνθήκῃ, εἰς ὀνομάτων ὀρθότητα.*

4) 438 B . . . *μαθεῖν δ' αὖ φαμεν τὰ πράγματα καὶ εὑρεῖν ἀδύνατον εἶναι ἄλλως ἢ τὰ ὀνόματα μαθόντας ἢ αὐτοὺς ἐξευρόντας οἷά ἐστιν;* Hoettermannus p. 79.

5) vid. Nietzschium XIX, Philologica III p. 386.

VI.) Quas Cratyli opiniones inter se pugnare Plato ubi demonstravit, cogit eum denuo deverticula quaerentem divina quadam potentia prima nomina posita esse profiteri. Sed quem daemonem sive deum secum dissensisse ac pugnantia protulisse negari nequit (438 C). Platonem apparet divinam hanc linguae originem puri puti deverticuli loco habuisse[1]).

VII.) Magna difficultate laborare Cratyli sententiam demonstrat Plato: quomodo discerni poterit duorum (vel complurium) nominum pugnantium et de veritate certantium, utrum propius ad rei naturam accedat, i. e. rectius sit, si ex solis nominibus cognitio hauriatur? (438 D).

VIII.) Heracliti doctrinam iam supra vidimus lepidissimo ludo peremptam esse (440 CD); res recte perspici non posse nisi per ipsarum naturam ratam perpetuam omnibus probatam, per ideam immutabilem. Itaque cavendum est, ne in errores deflectamur hisce nominibus ad unum spectantibus fluctum ac motum Heracliteum (439 C), ex quo efficitur, ut omnia fluere ac subterfugere videantur (439 C). Omnis igitur cognitio recta sublata videtur esse, si pulchrum ipsum, dum loquimur, delabitur, aliam induit speciem, numquam permanet. Prava igitur ratione Heracliti discipuli (440 C)[2]), ut capitis destillationibus laborantes utuntur, qui motui omnes res obnoxias esse opinentur. Veram cognitionem in rerum constantia ac firmitate positam esse. — Inde hanc Cratyli dialogi doctrinam idearum in mera Parmenidis ratione niti apparet. Scrupulum nondum Platoni iniectum videmus; firmum ac ratum sese confidit cognitionis subsidium hanc doctrinam invenisse. —

Cognitis igitur eis, quae veram Platonis sententiam exhibent, probabiliter colligere licebit eas dialogi partes, quae hisce repugnant vel plane oppositae sunt, non serias accipiendas esse, immo Platonem induxisse iocantem Socratem vel aliorum sententias suis oppositas parodia detorquentem.

Sed priusquam ad ipsam rem accedamus, aliunde quaerenda sunt interpretandi subsidia. Exordii (383 A—390 E), quamvis pauca iocularia mixta sint seriis, summa tamen facile perspici potest, cum hic lusus non totam obscuret argumentationem.

---

[1]) vid. Albertium: Mus. Rhen. XXII p. 491.

[2]) Fieri non potest, quin ad nimium huius rationis sectatores perveniant atque in purum putum sensualismum q. d. incidant. vid. Apeltium, Die sophistische Logik, p. 239.

Ut Euthydemus et Protagoras ad nimia perveniunt, sic etiam eorum rationes metaphysicae, qui naturalem esse nominis et rei conexum, nomen rei ipsi aequum esse contendunt *(φύσει)*, et qui ad cuiuslibet arbitrium ficta nomina esse putant (*θέσει*). Nam fuisse quendam legislatorem opus esse Socrates demonstrat, qui primus naturam rei nominibus effingeret; unde efficitur eum hanc nomina ponendi rationem adhibuisse. De industria Plato verba *φύσιν* et *θέσιν* exhibentia coniunxit, quo magis appareret etiam naturalem conexum nisi per nomina ponendi rationem (*θέσει*) effectum esse non posse, qua qui naturalem nominum originem esse contenderent, carere omnino non possent. Quantopere hoc modo via licentiae patefacta sit, nemo non videt[1]. —

Quod parum recte a nonnullis interpretibus intellectum est. Cum legislator intuens rei naturam nomina ponat, Platonem tam diversas ac contrarias accipiendas hasce doctrinas ipsas noluisse contendunt. Itaque ex sua ipsorum opinione utriusque vocis *(θέσις* et *φύσις)* vim minuunt ac deprimunt Benfeyus p. 197, quem Rosenstockius p. 12 sq. sequitur[2], et Steinthalius p. 78. Benfeyus discrimen esse inter *θέσιν* „arbitrariam" et „etymologicam" contendit, quarum alteram Plato in dialogo adhibuerit. Sed quae est illa *θέσις* etymologica? Quonam argumento praeter hos Cratyli locos parum a Benfeyo cognitos demonstrari poterit eam non esse arbitrariam? Contra Steinthalius, ut monet Gerckius, *φύσιν* non omnino naturam significare putat (I² p. 78): „Wenn die Namen *φύσει* sind, so sind sie grade nicht von Natur in unserem Sinne; sondern dann hat ein Weiser, sei es ein Mensch oder ein Gott, sie geschaffen", et in adnotatione: „Wenn man von dem Gegensatze *φύσει* und *θέσει* ausgeht, wie will man dann den Kratylos verstehen?" Cui Steinthalii sententiae incertae sane ac parum confirmatae concedendum est neutram harum doctrinarum per se ipsam a Platone comprobatam esse. Sed diversissimas ac secum pugnantes eas Platonem opposuisse[3])

---

1) 389C *τὸ φύσει γὰρ ἑκάστῳ, ὡς ἔοικε, τρύπανον πεφυκὸς εἰς τὸν σίδηρον δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι..* vid. 389D *Ἆρ' οὖν . . . καὶ τὸ ἑκάστῳ φύσει πεφυκὸς ὄνομα τὸν νομοθέτην ἐκεῖνον εἰς τοὺς φθόγγους καὶ τὰς συλλαβὰς δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι.*

2) vid. etiam Sachsium p. 63, Schmidtium p. 9.

3) Moneo insuper, quantum in rebus politicis atque humanis valuerit harum rationum *(φύσει ∼ θέσει* sive *νόμῳ)* discrepantia.

vel ex ipsis doctrinis cum Euthydemi et Protagorae plane contrariis rationibus comparatis constat. Errare eos ostendit Plato et ad nimium pervenire, qui unice hanc aut illam sequantur rationem. — Inducta metaphysica legislatoris persona, quam ad rei naturam nominibus effingendam ponendi nomina artis indigentem facit, demonstrat licentiam et arbitrium multum ad nomina formanda valere. Rem explanat locus [Hippocr.[1])] *περὶ τέχνης* 2 a Lassallio allatus, quem Gerckii benevolentiae debeo: *οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτὰς (τὰς τέχνας) διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἡγεῖσθαι τὰ εἴδεα βλαστάνειν καὶ ἀδύνατον. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα νομοθετήματά ἐστιν, τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλαστήματα φύσιος.* (sic Gomperzius).

Patet similitudo: *νομοθετήματα* ~ *νομοθέτης; εἴδεα* opp. *ὀνόματα* ~ *ὄντα* opp. *ὀνόματα* (Crat. 439C sqq.). Platonis igitur *νομοθέτης* prosopopoeia[2]) est eadem vi et ratione conformata atque sophistae illius *νομοθετήματα,* quocum res ipsa consentit; personam Plato a Pythagora fortasse mutuatus est, cuius *ὀνομαθέτης* hasce in dialogo partes suscipit[3]). Certe quidem constat nullam nisi metaphysicam vim legislatori esse; nam ex loco 390D: *Νομοθέτου δέ γε, ὡς ἔοικεν, (ἔργον ἐστὶν) ὄνομα (ποιῆσαι) ἐπιστάτην ἔχοντος διαλεκτικὸν ἄνδρα, εἰ μέλλει καλῶς ὀνόματα θήσεσθαι* efficitur hanc argumentationem non ad linguam hominum vel cotidianae vitae pertinere, sed ad desideratam quandam ac postulatam, dico eam, quae, si esset, ipsam rei naturam apud Graecos et barbaros effingeret[4]). Quibus condicionibus continetur constantia linguae: veram

---

[1]) Th. Gomperzius, Die Apologie der Heilkunst 1910² p. 38.

[2]) Recte Deuschlius (p. 48) de legislatore iudicat: „Aus allem wird ersichtlich, daß er für Plato nur den Wert eines leichtverschiebbaren Phantoms gehabt". vid. Susemihlium p. 155 sq.

[3]) cf. Procl. in Cratyl. 16 p. 6 Boiss. = Democr. fr. 26 (Diels³ II p. 68): *οὐκ ἄρα, φησὶ Πυθαγόρας, τοῦ τυχόντος ἐστὶ τὸ ὀνοματουργεῖν, ἀλλὰ τοῦ τὸν νοῦν ὁρῶντος καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων.* (*τοῦ τυχόντος* ~ Crat. 390 D *οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων;* sed quod Proclus fortasse ex Cratylo hausit.)

[4]) Platonem reapse huic linguae in usum hominum procreandae dedisse operam nullam verisimilitatis speciem habet; quod vetat ipsius Cratyli p. 432 D. Condiciones tantummodo huius linguae affert, quo magis appareat, quam non hominum lingua illis respondeat. vid. Benfeyum p. 244 sqq., Hornium p. 30 sqq., 49,59.

naturam non exhibent nisi ea nomina, quae cum a legislatore posita sunt non mutantur. — Novo videmus Platonem usum artificio rectae linguae condiciones ac postulata proponentem; de industria igitur, ut desiderata esse ostendat, saepe usurpat „*δεῖ*“, „*ὀνομαστέον*“, „*ἔργον ἐστίν*“ similibusque vocibus: 389D *καὶ τὸ ἑκάστῳ φύσει πεφυκὸς ὄνομα τὸν νομοθέτην ἐκεῖνον εἰς τοὺς φθόγγους καὶ τὰς συλλαβὰς δεῖ ἐπίστασθαι τιθέναι,... εἰ μέλλει κύριος εἶναι ὀνομάτων θέτης.* vid. 387A; 387E; 389C.

387D *οὐκοῦν καὶ ὀνομαστέον, ᾗ πέφυκε τὰ πράγματα;* ...

390D *νομοθέτου* non minus quam *τέκτονος ἔργον ἐστίν* ... eodem consilio tempus futurum adhibet Plato 388E (vid. C. D) *νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδάσκαλος.* . . .

389B *ποιήσει ἄλλην*

390A *Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις*[1])

434B *ξυνθετέον!*— Nulla nisi ea nomina, quae rei naturam reddant, vera[2]) et recta esse identidem aperte demonstrat.

422D . . . *ἡ ὀρθότης τοιαύτη τις ἐβούλετο εἶναι, οἷα δηλοῦν οἷον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων.*

423E *εἴ τις αὐτὸ τοῦτο μιμεῖσθαι δύναιτο ἑκάστου, τὴν οὐσίαν, γράμμασί τε καὶ συλλαβαῖς, ἆρ' οὐκ ἂν δηλοῖ ἕκαστον ὃ ἔστιν;*

428E *ὀνόματος, φαμέν, ὀρθότης ἐστὶν αὕτη, ἥτις ἐνδείξεται οἷόν ἐστι τὸ πρᾶγμα.* Quas condiciones videmus omnino nixas in idearum doctrina, rectae linguae norma, quam summam etiam exordii (praec. 386E—390E) recte Duemmler cognovit[3]). Ut in Rei publicae libro decimo artifex ipsam ideam sequi debet, sic in Cratylo legislatorem non minus quam fabrum

---

1) cf. 434 A *οὐκοῦν εἴπερ ἔσται τὸ ὄνομα ὅμοιον τῷ πράγματι, ἀναγκαῖον πεφυκέναι τὰ στοιχεῖα ὅμοια τοῖς πράγμασιν, ἐξ ὧν τὰ πρῶτα ὀνόματά τις συνθήσει;*

2) cf. Peipersium (Philol. XXIX p. 172 sq.), quem immerito impugnat Wolffius, Die platonische Dialektik (Ztschr. f. Philos. u. philos. Krit. N. F. 64 (1874) p. 226 adn.

3) Zur Komposition des Platonischen Staates p. 16 = Kl. Schr. I p. 246.

lignarium oportet unam hanc speciem, ideam[1]), intuentem nomina formare.

389B sq. . . . *πάσας μὲν δεῖ τὸ τῆς κερκίδος ἔχειν εἶδος, οἵα δ᾽ἑκάστῳ καλλίστη ἐπεφύκει, ταύτην ἀποδιδόναι τὴν φύσιν εἰς τὸ ἔργον ἕκαστον;* vid. . . . *πρὸς ἐκεῖνο τὸ εἶδος πρὸς ὅπερ καὶ ἣν κατέαξεν ἐποίει;*

390A *Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις καὶ τὸν νομοθέτην τόν τε ἐνθάδε καὶ τὸν ἐν τοῖς βαρβάροις, ἕως ἂν τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς, οὐδὲν χείρω νομοθέτην εἶναι τὸν ἐνθάδε ἢ τὸν ὁπονοῦν ἄλλοθι;* non igitur ad cuiuslibet arbitrium (= 387B *πᾶσαν δόξαν*) nomina formanda sunt, sed secundum ideam immutabilem[2]). Quae condiciones ac postulata serio a Platone prolata sunt, ut ad nomina hominum interpretanda normam sibi pareret. Cratylus, ut supra commemoravimus, iis dialogis asserendus est, in quibus de verae cognitionis viis ac rationibus quaeritur; cuius quaestionis in Cratylo ea pars excutitur, utrum ex nominibus cognitio hauriri possit necne, id quod a Platone negari iam supra intelleximus. Ut sententiam suam argumentis confirmet, primo hasce condiciones proponit, quibus nisi respondeant et satisfaciant nomina, veriloquium secundum ipsam vocis vim nullum esse demonstratur. Similiter p. 422A sqq., ubi de vocum elementis disputat, primum verborum compositionis condiciones profert, quo certius hac rectae compositionis norma parta examinare possit, utrum recte nomina sint composita necne.

Probata et accepta Cratyli doctrina (390DE) Socratem Plato inde a p. 391 exemplis hanc sententiam explanantem facit;

---

1) Quo magis mirandum est, quod Schaeublinus p. 83 aperte declarat „Es stehen nämlich alle jene Stellen, welche die Ideenlehre betreffen, im dritten Teil des Dialogs (!), (immo iam C. F. Hermannus p. 653, adn. 463 praecipue p. 389 idearum doctrinam contineri demonstravit), der ja anerkanntermaßen nicht nur sprachliche, sondern auch (!) Fragen der Erkenntnistheorie behandelt, und da dürfte es dem aufmerksamen Leser (sic!) kaum entgehen, daß Plato die Ideenlehre nicht in Beziehung (?) zu den ersteren, sondern einzig und allein (!) zu den letztern, den erkenntnistheoretischen setzt". Doleo quod mihi hoc loco profitendum est Schaeublinum totius dialogi compositionem parum intellexisse. Mea quidem sententia neminem „attente legentem" in exordio p. 386 sqq. idearum doctrinam iam prolatam esse fugere potest.

2) Patet similitudo

Ἀλήθεια —opp.— *δόξαι* = *εἶδος* —opp.— *πᾶσα δόξα*

Parmenidis — Platonis

hoc maxime observandum est, quod Socrates a naturali verborum origine profectus (!) argumentatur. Sequamur eum, perrumpamus in molem grammaticam; in suspicionibus non acquiescendum est, ut Cobetio secundum illud Galeni[1]) placuit. In promptu habemus ipsius Platonis sententiam, habemus condiciones illas, habemus rectae linguae normam: apertum fiet Socratem id spectare, ut Cratyli sententiam, quam sese defendere simulat, ad irritum redigat et eius ipsius argumentis confutet. Tabularum instar singula colligamus:

a) Initio Socrates vocabula, quae idem significant, profert; quod cum naturali formae et nominis conexu pugnat; unum tantummodo rectum esse potest. Discrepant rei ipsius unitas et varietas *α)* nominum *β)* originationum[2]).

I. Diversa nomina quae idem significant:

391E sqq. *Ξάνθος* ~ *Σκάμανδρος*
392A *χαλκίς* ~ *κύμινδις*
„ *Βατίεια* ~ *Μυρίνη* (Hom. B 811)
392B *Σκαμάνδριος* ~ *Ἀστυάναξ* (Z 402)
393A *Ἀστυάναξ* ~ *Ἕκτωρ* ~ *Ἀρχέπολις* (*ὁ γὰρ ἄναξ καὶ ὁ ἕκτωρ σχεδόν τι ταὐτὸν σημαίνει*)
394D *Ἆγις* ~ *Πολέμαρχος* ~ *Εὐπόλεμος*
394D *Ἰατροκλῆς* ~ *Ἀκεσίμβροτος*
394E *Θεόφιλος* ~ *Μνησίθεος* atque alia „*τοιαῦτα*“
398D *ἐρωτᾶν* ~ *εἴρειν* ~ *λέγειν* (= 408A)
399C *ἑώρακε* ~ *ὄπωπε*
402D sqq. *Πλούτων* ~ (*καὶ τὸ ἕτερον ὄνομα ὃ ὀνομάζουσιν αὐτόν*) *Ἅιδης*
405C *ἀληθές* ~ *ἁπλοῦν* (*ταὐτὸν γάρ ἐστιν*)
405C *ἀ* ~ (*σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ*)
406D *Παλλάς* ~ *Ἀθηνᾶ*
407D *σκληρόν* ~ *ἀμετάστροφον* ~ *ἄρρατον*
409A *ποικίλλειν* ~ *αἰολεῖν*[3]) (*ταὐτόν*)
409B *σέλας* ~ *φῶς* (*ταὐτόν*)
410D *ἐνιαυτός* ~ *ἔτος*: *τὸ ἐν αὑτῷ ἐτάζον*. „*ὥστε δύο ὀνόματα γεγονέναι, ἐνιαυτόν τε καὶ ἔτος, ἐξ ἑνὸς λόγου.*“ Utrum igitur nomen veram rei naturam reddit? nonne *τὸ*

---

[1]) XVIII $2_{,345}$ *τὰ ἐσχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι προσήκει.* —

[2]) Democr. fr. 26, Benfeyus p. 263, quem inanibus argumentis impugnat Schaeublinus p. 19, Lehrs, Mus. Rhen. XXII p. 437, Hoettermannus p. 76 sq.

[3]) *αἰολεῖν*] *αἰόλλειν* scr. Cobetius p. 19.

προσαγορεύεσθαι ἓν ὂν δίχα (410D) nomina non φύσει esse demonstrat ac tales opiniones optime revincit?

411D νωμᾶν ~ σκοπεῖν (ταὐτόν)

412A συν-ἰέναι ~ ἐπίστασθαι (ταὐτόν)

412AB συμπορεύεσθαι ~ συν-ἰέναι

415A μῆκος ~ τὸ πολύ

415C ἀρετή ~ εὐπορία

416C καλόν ~ καλέσαν ~ καλοῦν

[417A ξυμφέρον ~ ἐπιστήμη ~ σύμφορον (ἀδελφόν τι)

417C ἀγαθόν ~ λυσιτελοῦν

417C ὀφέλλειν ~ αὔξειν ~ ⟨πλεῖον⟩ [1]) ποιεῖν

[418E δέον ~ βλαβερόν (ἀδελφόν)

419A δέον ~ ὠφέλιμον ~ λυσιτελοῦν ~ κερδαλέον ~ ἀγαθόν ~ ξυμφέρον ~ εὔπορον (τὸ αὐτὸ φαίνεται, ἑτέροις ὀνόμασι σημαῖνον τὸ διακοσμοῦν καὶ ἰὸν πανταχοῦ ἐγκεκωμιασμένον, τὸ δὲ ἴσχον καὶ δοῦν ψεγόμενον.)

420B δόξα ~ οἴησις

421A μαίεσθαι ~ ζητεῖν

426C κίειν ~ ἰέναι.

II. Complures eiusdem nominis originationes:

395BC Ἀτρεύς: ἀτειρές ~ ἄτρεστον ~ ἀτηρόν

395DE Τάνταλος: ταλαντεία ~ ταλάντατον

396AB Ζεύς: (διείληπται δὲ δίχα!) Ζῆνα (ζῆν) ~ Δία (διά)

396B Κρόνος (κόρος!): καθαρόν ~ ἀκήρατον (τοῦ νοῦ)

398DE ἥρως: ἔρως ~ ῥήτωρ ~ ἐρωτᾶν ~ εἴρειν (ῥήτορες ~ ἐρωτητικοί = ἡρωικὸν φῦλον)

400A ψυχή: ἀναψῦχον ~ φυσέχη: φύσιν ἔχει καὶ ὀχεῖ

400B σῶμα: σῆμα (sepulcrum ~ signum)

401CD Ἑστία: οὐσία ~ ἐσσία ~ ὠσία

402E sq. Ποσειδῶν: ποσίδεσμος ~ πολλὰ εἰδώς ~ ὁ σείων [2])

403A Πλούτων ~ Ἅιδης: πλοῦτος ~ οὕτω πολλά ~ ἀειδές ~ καλὰ εἰδέναι

404BC Ἥρα: ἐρατή ~ ἀήρ

404CD Περσεφόνη: Φερρέφαττα ~ Φερέπαφα (ἐπαφὴ τοῦ φερομένου)

405B sqq. Ἀπόλλων: ἀπολούων ~ ἀπολύων ~ ἁπλοῦν ~ ἀεὶ βολῶν (βάλλων) ~ ὁμοπολῶν (ὁμο- = ἁ-) = ἀπολῶν (sed num minus iure ἀπολῶν participium temporis futuri verbi ἀπόλλυμι potest esse?)

---

[1]) suppl. πλέον Orelli εὖ Bergk. (Zeitschr. f. Altert. 1854 p. 432).

[2]) vid. Cobetium p. 11 sq. Hoettermannum p. 77.

406A *Λητώ: ἐθελήμων ~ Λειηθὼ (λεῖον ἦθος)*

406B *Ἄρτεμις: ἀρτεμές ~ ἀρετῆς ἵστωρ ~ ἄροτον μισήσασα*

406C *Διόνυσος: Διδοίνυσος (διδοὺς τὸν οἶνον) ~ οἰόνους (οἴεσθαι νοῦν ἔχειν)*

406D sqq. *Παλλάς ~ Ἀθηνᾶ: πάλλω ~ θεονόα (θεοῦ νόησις) ~ Θεονόη (θεῖα νοούσης) ~ Ἠθονόη (ἐν τῷ ἤθει νόησις)*

407C *Ἥφαιστος: φάεος ἵστωρ ~ Φαῖστος (τὸ ἦτα προσελκυσάμενος)*

407D *Ἄρης: ἄρρεν ~ ἀνδρεῖον ~ ἄρρατον*

407E sqq. *Ἑρμῆς: ἑρμηνεύς ~ Εἰρέμης (εἴρειν + (τὸν λόγον) μησάμενον = εἴρειν ἐμήσατο*

408CD *Πάν ~ αἰπόλος: πᾶν ~ ἀεὶ πολῶν*

408E sq. *Ἥλιος ~ Ἅλιος: ἁλίζειν ~ εἱλεῖν ἰών ~ αἰολεῖν*

409A sq. *Σελήνη ~ Σελαναία (σελαενονεοάεια)*

410B *ἀήρ: αἴρει ~ ἀεὶ ῥεῖ ~ ἀητόρρουν*

411D *φρόνησις: φορᾶς καὶ ῥοῦ νόησις ~ φορᾶς ὄνησις*

412A *ἐπιστήμη: ἑπομένη ἡ ψυχὴ τοῖς πράγμασιν ~ πιστήμη (πιστός)*

415D *ἀρετή: ἀειρείτη (ἀεὶ ῥέον) ~ αἱρετή (ὡς οὔσης ταύτης τῆς ἕξεως αἱρετωτάτης)*

417D sq. *βλαβερόν: βλάπτον τὸν ῥοῦν ~ βουλαπτεροῦν (βουλόμενον ἅπτειν ῥοῦν)*

418CD *ἡμέρα: ἱμέρα (ἱμείρω) ~ ἑμέρα ~ ἡμέρα*

420B *δόξα: δίωξις ~ τόξου βολή*

420BC *οἴησις . . . ⟨οἰστός⟩* (ad sagittam alludi recte ex 420B *δόξα ~ τόξου βολή . . . ἡ γοῦν οἴησις τούτῳ ξυμφωνεῖ* colligit Deuschlius ad loc.) ~ *οἶσις (φέρομαι) ~ οἷόν ἐστιν*

b) Eadem vox ad diversas res effingendas usurpatur:

393A *Ἀστυάναξ:* quod filii nomen etiam patri quadrat.

400B *σῆμα:* a) sepulcrum, b) signum

404D = 412B *ἅπτειν* voce plane contraria effinguntur ~ 417DE; similiter: 408B *εἴρειν: Ἑρμῆς ~ Ἶρις*

408C *πολῶν: Πάν ~ Ἀπόλλων* (405D)

420C *βολή: βουλή ~ βούλεσθαι ~ βουλεύεσθαι*

c) Quam exilem rationem sequatur ipse his verbis aperte profitetur: (393D) *εἰ δὲ ἐν ἑτέραις συλλαβαῖς ἢ ἐν ἑτέραις τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐδέν πρᾶγμα· οὐδ᾽ εἰ πρόσκειταί τι γράμμα ἢ ἀφῄρηται, οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο, ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος δηλουμένη ἐν τῷ ὀνόματι.* cf. 394BC. qua ratione ipse totam etymologiarum molem cuniculis, ut ita dicam, sub-

ruit. Iis enim nominibus, quae syllabas et litteras rem non exhibentes continent, vera natura non perspicitur (430 D sqq.); quam ironica haec ratio (393 D) intellegenda sit, praecipue ex p. 393 E apparet *Β ~ βῆτα: οὐδὲν ἐλύπησεν (τοῦ η καὶ τοῦ τ καὶ τοῦ α προστεθέντων).*

394 E *Ὀρέστης ~ ὀρε[ινός]*
395 A *Ἀγαμέμνων ~ ἀγα[στός] + ἐ[πι]μον[ή]*
395 BC *Ἀτρεύς: ἀτ[ει]ρές ~ ἄτρεσ[τον] ~ ἀτ[η]ρ[όν]*
396 B *Κρόνος (κόρος): κ[αθα]ρό(ν) ~ [ἀ]κ[ή]ρ[ατ]ο(ν)*
396 BC *οὐρανός: οὐρανία (ὄψις): ὁρ[ῶσα τὰ] ἄν[ω]*
399 C *ἄνθρωπος: ἀν[α]θρῶ[ν ἃ ὄ]π[ωπεν]*
402 CD *Τηθύς: [δια]τ[τώμενον] + ἠθ[ο]ύ[μενον]*
404 B *Δημήτηρ: [ἐδω]δῆ[ς διδοῦσα ὡς] μήτηρ*
404 CD *Φερρέφαττα ~ Φερέπαφα: ἐπαφ[ὴ τοῦ] φερ[ομένου]*
406 A *Λητώ: [ἐθε]λή[μων]*
409 B *Σελήνη ~ Σελαναία ~ σελαενονεοάεια (σέλας + ἐνὸν + νέον + ἀεί)*
409 C *ἄστρα ~ ἀστρα[πή]*(!)
410 B *ἀήρ: ἀη[τό]ρ[ρουν]*
411 D *γνώμη: γ[ονῆς] . . . νώμη[σις]*
411 E *σωφροσύνη: σω[τηρία] φρονησ[εως];*
412 C *δικαιοσύνη: δικαίο[υ] σύν[εσις]*
414 B *θάλλειν: θ[εῖν] + ἄλλ[εσθαι]*
414 B sq. *τέχνη: ἕχ[σις] ν[οῦ]*(!)
414 D *σφίγξ: ἀντὶ φικός*[1])
417 B *κέρδος (= κέρνος): κερ[άννυται]*
419 C *λύπη: [διά]λυ[σις]*
419 C *ὀδύνη: [ἔν]δυ[σις τῆς λύπ]η[ς]*
419 C *χαρά: [διά]χ[υσις καὶ εὐπορί]α [τῆς] ῥ[οῆς]*
420 A *πόθος: [ἄλλ]οθ[ί] π[ου] (ποθι)*
421 A *ὄνομα (ὀνομαστός): ὂν ο[ὗ] μάσ[μα].*

d) Verba varie mutata esse concedit Socrates

394 A *ποικίλλειν δὲ ἔξεστι ταῖς συλλαβαῖς.*

395 B *ἡ οὖν τοῦ ὀνόματος ἐπωνυμία σμικρὸν παρακλίνει καὶ ἐπικαλύπτεται, ὥστε μὴ πᾶσι δηλοῦν τὴν φύσιν ...*

395 D *ἀποκρυπτόμενος ὀνομάσειε*

---

[1]) *τὴν Σφίγγα ἀντὶ „φικὸς“ σφίγγα* cum Burnetio puto scribendum esse reiecta Fleckeiseni (p. 667) coniectura: *Σφίγγα ἀντὶ Σφιγὸς Φῖγα.*

398 C ἥρως: σμικρὸν γὰρ παρῆκται . . cf. 398 D σμικρὸν παρηγμένον cf. 400 B. Verba non intelleguntur nisi subtractis aliis, aliis superadditis litteris vel syllabis: 399 AB, 402 E, 403 A, 404 D (ἐκκλίνουσι τὸ ὄνομα), 405 DE, 407 C, 409 C (συγκεκροτημένον), 411 E, 412 E, 414 BCD, 415 D (συγκεκρότηται), 416 B (συγκροτήσαντες), 417 B, 418 AB, 418 C, 419 B, 421 A (ὄνομα: ἔοικε τοίνυν ἐκ λόγου ὀνόματι συγκεκροτημένῳ), 421 B, 426 C. Verbis paululum mutatis contrarium non raro efficitur, id quod acerbissimo lusu Socrates confitetur (418 AB) θέασαι, ὦ Ἑρμόγενες, ὡς ἐγὼ ἀληθῆ λέγω, λέγων ὅτι προστιθέντες γράμματα καὶ ἐξαιροῦντες σφόδρα ἀλλοιοῦσι (οἱ θέμενοι τὸ ὄνομα) τὰς τῶν ὀνομάτων διανοίας, οὕτως ὥστε σμικρὰ πάνυ παραστρέφοντες ἐνίοτε τἀναντία ποιεῖν σημαίνειν. (cf. 414 D, 431 D.) Hae commutationes vetant eam rationem serio a Platone prolatam putari, quae sententia hodie[1]) haud immerito viget: ex tota enuntiatione unum fit verbum: 396 AB (Ζεύς), 399 B (ἄνθρωπος), 410 D (ἔτος ~ ἐνιαυτός), 421 A (ὄνομα)[2]). Minime hoc Plato serio protulit, absurdum ei videbatur et naturali linguae origini plane oppositum uno ὀνόματι complurium verborum ῥῆμα effingi, praesertim cum ipsae originationes insulsissimos redoleant iocos.

Variando et exornando nomina mutata esse concedit:

394 A ποικίλλειν δὲ ἔξεστι ταῖς συλλαβαῖς
400 B κομψευόμενον λέγειν
402 E εὐπρεπείας ἕνεκα
404 D εὐστομίαν περὶ πλείονος ποιούμενοι
412 E; 414 C εὐστομίας ἕνεκα
414 D στόμα πλάττοντες
407 C ἐπὶ τὸ κάλλιον
408 B καλλωπίζοντες, 409 C καλλωπισθεῖσα, 414 C ὑπὸ καλλισμοῦ, 417 E καλλωπισθέν
418 C ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα

Optime Plato, quid de nominum fictionibus iudicaret, satis superque exposuit:

404 C ἴσως δὲ μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα Ἥραν ὠνόμασεν ἐπικρυπτόμενος, θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν·

---

1) e. gr. ἑλκεσίπεπλος ex ἕλκεσι πέπλον multaque alia a grammaticis prolata.

2) cf. 399 A Διὶ φίλος, 415 C δειλία.

γνοίης δ' ἄν, εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα (ΗΡΑΗΡ)[1]. Cum Stoici eadem Junonis interpretatione uterentur, communis fons quaerendus est: grammaticus quidam sophista tales verborum compositiones docuerat, ridiculas satis superque visas philosopho non minus quam poetae comico, Protagoras fortasse vel potius Prodicus, ex quo Antisthenes grammaticae Stoicae auctor ac princeps non pauca hausit.

e) Verbi natura nisi per unam quandam formam non dispicitur:

è. gr. 396 A *Ζεύς: Ζῆνα ~ Δία*
404 CD *Φερσεφόνη: Φερρέπαφα*
406 C *Διόνυσος: οἰόνους*
409 B *Σελήνη: Σελαναία*
410 C *γῆ: γαῖα*
415 C *δειλία*[2]): *δειλίαν (δεῖ λίαν)*
421 A *ὄνομα: ὀνομαστόν*

Similiter originationes ad unam tantummodo dialectum spectant; ex aliis formis perspici plerumque nequeunt:

398 D: *ἥρως: κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν* et *ἐν τῇ Ἀττικῇ φωνῇ λεγόμενοι οἱ ἥρωες ῥήτορες*

405 C *Ἀπόλλων: ὥσπερ οὖν οἱ Θετταλοὶ καλοῦσιν αὐτόν, ὀρθότατ' ἂν καλοῖτο* (sed antea *ἀπολούων ἂν „ὀρθῶς" καλοῖτο*). *Ἄπλουν γάρ φασι πάντες Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν.*

408 E sq. *Ἥλιος: ἔοικε τοίνυν κατάδηλον γενόμενον ἂν μᾶλλον, εἰ τῷ Δωρικῷ τις ὀνόματι χρῷτο· ἅλιον γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς . . .*

409 C *μήν* non intellegitur nisi ex *μείς* Dorica forma.

410 C *Ὧραι: . . Ἀττικιστὶ ὡς τὸ παλαιὸν ῥητέον, εἴπερ βούλει τὸ εἰκός εἰδέναι.* —

412 B *Σοῦς· τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσιν.*

f) Acerbissima ironia grammaticum illum praeclarissimum deverticula ac flexiones quaerentem illudit Plato: (421 CD). *Ἓν μὲν τοίνυν ἄρτι που ἐπορισάμεθα*[3]) *ὥστε δοκεῖν τι λέγειν*

---

[1]) quod omnino spirat iocum Aristophaneum: Equ. 10. 19. 26; Cobetius p. 12, Heathius p. 202.

[2]) Klander p. 19.

[3]) cf. 409 D *σκέψαι οὖν ἣν εἰσάγω μηχανὴν ἐπὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἃ ἂν ἀπορῶ.*

ἀποκρινόμενοι .... Φάναι, ὃ ἂν μὴ γιγνώσκωμεν, βαρβαρικόν τι τοῦτ᾽ εἶναι[1]). Barbara sunt, quae non dispiciuntur! O pulcherrimam et peropportunam panaceam!

406 *Λητώ: ἴσως δὲ ὡς οἱ ξένοι καλοῦσι — πολλοὶ γὰρ Ληθὼ καλοῦσιν.*

407 B *θεονόα: τῷ ἄλφα ξενικῶς ἀντὶ τοῦ ἦτα χρησάμενος...*

409 DE *ἐννοῶ γὰρ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασιν.*

410 A *Ὅρα τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὸ πῦρ μή τι βαρβαρικὸν ᾖ. τοῦτο γὰρ οὔτε ῥᾴδιον προσάψαι ἐστὶν Ἑλληνικῇ φωνῇ, φανεροί τ᾽ εἰσὶν οὕτως αὐτὸ καλοῦντες Φρύγες σμικρόν τι παρακλίνοντες· καὶ τό γε ὕδωρ καὶ τὰς κύνας καὶ ἄλλα πολλά.*

412 B *σοφία: σκοτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον*

417 C *ὠφέλιμον (ὀφέλλειν): ξενικὸν τοὔνομα*

419 C *ἡ δὲ ἀλγηδὼν ξενικόν τι φαίνεταί μοι*

426 C *κίνησις: ἡ δὲ ἀρχὴ ἀπὸ τοῦ κίειν — ξενικὸν δὲ τοὔνομα* — quo deverticulo quaesito grammaticus ille ipse secum pugnat, cum accepta sententia Cratyli rati (383 A) nominum rectitudinem eandem (cf. 401 BC) esse Graecis et barbaris postea tamen ea nomina, quae ex Graecae linguae rationibus derivari nequeunt, barbara esse per ambages contendit.

g) Ut in tragoedia ad nodum difficilem expediendum deus ex machina prodit, ita in Cratylo divina quadam potentia ea nomina posita esse, quae derivari non possint[2]), Socrates contendit.

425 D *ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει.* Quae cavillatio neminem fugit.

391 D *δῆλον γὰρ δὴ ὅτι οἵ γε θεοὶ αὐτὰ καλοῦσι πρὸς ὀρθότητα ἅπερ ἔστι φύσει ὀνόματα.*

397 C *ἴσως δ᾽ ἔνια αὐτῶν καὶ ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐτέθη.*

400 D *δῆλον γὰρ ὅτι ἐκεῖνοί γε (οἱ θεοὶ) τἀληθῆ καλοῦσι.* A quibus nonne discrepat p. 406 C *φιλοπαίσμονες γὰρ καὶ οἱ θεοί (Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη)*?

---

[1]) cf. 409 D, 416 A.

[2]) vid. Ihmium p. 47, Pfleidererum p. 319.

h) Similiter ambages exquirens ille Socrates aliam simulatam ac speciosam affert causam: Rerum natura non perspicitur nisi ex antiqua forma, qua maiores utebantur. Sed ipse sua sponte concedit nomina suae aetatis non iam veram naturam exhibere, cum recta, i. e. antiqua forma mutata sit.

398 D *ἥρως: κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν...*

410 C *ὧραι: Ἀττικιστὶ ὡς τὸ παλαιὸν ῥητέον, εἴπερ βούλει τὸ εἰκὸς εἰδέναι.*

414 C *τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται... ὑπὸ χρόνου* (cf. 425 AB)

418 B sq. *ἡ μὲν νέα φωνὴ ἡμῖν ἡ καλὴ αὐτηὶ καὶ τοὐναντιόν περιέτρεψε μηνύειν τὸ δέον καὶ τὸ ζημιῶδες, ἀφανίζουσα ὅ τι νοεῖ, ἡ δὲ παλαιὰ ἀμφότερον δηλοῖ ὃ βούλεται τοὔνομα.... οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα καὶ τῷ δέλτα εὖ μάλα ἐχρῶντο, καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἵπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σῴζουσι.* (antea (392 C) mulieres viris imprudentiores esse contendit atque illarum opiniones minus valere quam virorum!) ... *μόνον τούτων δηλοῖ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα τὴν διάνοιαν τοῦ θεμένου,* ut *ἱμέρα* ~ *ἡμέρα, δυογόν* ~ *ζυγόν, δημιῶδες* ~ *ζημιῶδες* (419 B) Imprimis ironia patet in *δέον* vocis originatione (418 E sq.), quae vim plane contrariam obtinet, si antiqua forma (*διϊόν* 419 A) enodatur. Ad hanc rationem referenda sunt:

419 B *ζημιῶδες* ~ *δημιῶδες*
420 B *ἔρως* ~ *ἔσρος*
426 C *κίνησις* ~ *κίειν* + *ἕσις*

Tamen hoc deverticulum non semper sufficit ... *εἴη δὲ κἂν ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι.* (421 D)!

i) Tergiversantem ac flexiones quaerentem iocose satis superque depinxit Plato grammaticum; sufficiant exempla quaedam.

409 D *τὸ πῦρ ἀπορῶ*

410 B *αἰθήρ: τὸν δὲ αἰθέρα τῇδε πῇ ὑπολαμβάνω, ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων ἀειθεὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο*

411 D *φρόνησις: εἴη δ᾽ ἂν καὶ ὄνησιν ὑπολαβεῖν φορᾶς.*
411 D *εἰ δὲ βούλει ... εἰ δὲ βούλει*
412 B *σοφία: σκοτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον.*
412 C *δικαιοσύνη: αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον χαλεπόν.*

415 AB *ἀρετή* et *κακία: τὸ μὲν οὖν ἕτερον οὔπω καθορῶ, τὸ δ᾽ ἕτερον δοκεῖ μοι κατάδηλον εἶναι.* Sed:

416 A *κακόν: ἄτοπόν τι νὴ Δί᾽ ἔμοιγε δοκεῖ καὶ χαλεπὸν ξυμβαλεῖν.*

416 B *καλόν: τοῦτο χαλεπώτερον κατανοῆσαι.* — Acerbissimus autem lusus his continetur verbis (414 E sq.) *ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, ἀκριβολογοῦ, „μή μ᾽ ἀπογυιώσῃς μένεος"*.

Parum intellexisse Schaeublinum festivas huiusmodi cavillationes, quibus Plato deverticula quaerentes grammaticos detorsit, ex his verbis cognoscitur (p. 93): „Was die Möglichkeit des Etymologisierens betrifft, so befolgt Plato den sehr richtigen Grundsatz (?), daß man nicht alles und jedes ableiten kann." —

l) Neglecta aspiratione offendisse grammaticum Atheniensium, urbaniorum praesertim, aures ex eo apparet, quod vel Aristophanes in Thesmophoriazusis lictorem Scythicum omissa aspiratione cachinnos moventem fecit (1086 *πώνη* et passim):

e. gr. 404 C *Ἥρα: ἀήρ*[1])
405 C *Ἀπόλλων: ἁπλοῦς*
406 A *Λητώ: ληθώ*
407 B *Ἀθηνᾶ: ἁ θεονόα*
412 A *ἐπιστήμη: ἑπεϊστήμη*
412 A *σύνεσις: συν-ἰέναι ∼ συν-ἱέναι*
414 B *τέχνη: ἕξις νοῦ*
415 A *μηχανή: μῆκος + ἄνειν*
415 D *ἀρετή: αἱρετή*
420 C *οἴησις: οἷόν ἐστιν*
420 D *ἑκούσιον: εἶκον τῷ ἰόντι*
421 A *ὄνομα: ὂν οὗ μάσμα*
421 C *οὐκί* (epicorum): *οὐχί*, quod urbaniorem et vulgarem Atheniensium sermonem reddit.

m) Acerbissima Heracliti rationis derisione verisimillimum fit totam originationum molem, quae Ephesii philosophi doctrinam redolet, ioci causa a Platone prolatam esse. In verbis enodandis videmus Socratem insuper bonas atque utiles res[2]) ex motu (impr. p. 411 D—426 D), malas ac perniciosas ex quiete atque constantia interpretantem; at contra p. 437 A sqq.

---

[1]) quam ironice hoc fictum sit, vel ex verbis: *μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης* intellegitur.

[2]) Hornius p. 39.

plane contrariam ingressus viam Socrates res utiles (*ἐπιστήμη, ἱστορία, πιστόν, μνήμη*) ex quiete et constantia, malas (e. gr. *ἁμαρτία, ξυμφορά, ἀμαθία, ἀκολασία*), ex motu intellegi non minus iure posse contendit[1]).

397 D *θεοί: θεῖν*[2])

401 D *Ἑστία: ὠσία (ὠθέω)*

402 B *Κρόνος* et *Ῥέα: ῥευμάτων ὀνόματα*

402 C *Τηθύς: διαττώμενον + ἠθούμενον*

402 E *Ποσειδῶν: ποσίδεσμος*[3])

403 B sqq. *Ἅιδης* pulchris orationibus (!) quasi vinculo umbras in Orco retinet.

404 C sq. *Φερρέφαττα: ἐπαφὴ τοῦ φερομένου (ἅτε γὰρ φερομένων τῶν πραγμάτων τὸ ἐφαπτόμενον καὶ ἐπαφῶν καὶ δυνάμενον ἐπακολουθεῖν σοφία ἂν εἴη).*

410 B *αἰθήρ: ἀειθεήρ (ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων)*

411 D *φρόνησις: φορᾶς καὶ ῥοῦ νόησις* ~ *φορᾶς ὄνησις*

411 D *γνώμη: γονῆς (σκέψις καὶ) νώμησις*

411 D sq. *νόησις: τοῦ νέου ἕσις*

411 E *σωφροσύνη: σωτηρία φρονήσεως* (411 D)

412 A *ἐπιστήμη: . . . μηνύει ὡς φερομένοις τοῖς πράγμασιν ἑπομένης τῆς ψυχῆς τῆς ἀξίας λόγου, καὶ οὔτε ἀπολειπομένης οὔτε προθεούσης. διὸ δὴ ἐμβάλλοντας δεῖ τὸ εἶ ἐπεϊστήμην αὐτὴν ὀνομάζειν.* ~ opp. 437 A

412 A *σύνεσις: συν — ἰέναι*

412 B *σοφία: σοῦς + ἐπαφή (φορᾶς ἐφάπτεσθαι)*

412 B sq. *ἀγαθόν: ἀγαστόν. ἐπειδὴ γὰρ πορεύεται τὰ ὄντα, ἔνι μὲν ἄρ᾽ αὐτοῖς τάχος, ἔνι δὲ βραδύτης. ἔστιν οὖν οὐ πᾶν τὸ ταχὺ ἀλλὰ τὶ αὐτοῦ ἀγαστόν. τοῦ θοοῦ δὴ τῷ ἀγαστῷ αὕτη ἡ ἐπωνυμία ἐστίν, τἀγαθόν.*

412 C sqq. *δικαιοσύνη: δικαίου σύνεσις* ‖ *δίκαιον: διαϊόν.* Quantopere verbi notio hac interpretatione depravata sit, ex his verbis cognoscitur

412 D sq. *τάχιστον καὶ λεπτότατον* (!) . . . *ὥστε αὐτὸ μηδὲν στέγειν, καὶ τάχιστον ὥστε χρῆσθαι ὥσπερ ἑστῶσι τοῖς ἄλλοις. ἐπεὶ δ᾽ οὖν ἐπιτροπεύει* (!) *τὰ ἄλλα πάντα διαϊόν,*

---

[1]) Hasce originationes serio et cum gravitate a Platone prolatas esse nullam verisimilitatis speciem habet, quibus nihil aliud demonstratur, nisi Platonem vanitatem ostendisse rationis Heracliteae, qua omnia in contrarium verti possint.

[2]) cf. Wiedemannum, Herod. II. p. 237.

[3]) cf. Cobetium p. 11.

τοῦτο τὸ ὄνομα ἐκλήθη ὀρθῶς δίκαιον[1]) . . . κτλ. Cui non in mentem veniunt e. gr. sophistae illi vel philosophi qui sub Calliclis persona delitescunt! Talibus interpretationibus sententias certas quorundam philosophorum ridiculas Platoni visas contineri ex p. 413 D apparet, ubi Hermogenes Socratem spinas vellentem atque in dumeta correpentem aliorum argutias explanare suspicatur.

413 D ἀδικία: ἐμπόδισμα τοῦ διαϊόντος

413 E ἀνδρεία ~ ἀνρεία: ἐναντία ῥοή. (..οὐ πάσῃ ῥοῇ, ἀλλὰ τῇ παρὰ τὸ δίκαιον ῥεούσῃ!). Patet ironia; qua enim ratione hoc uno fluctu adverso virtutem contineri demonstrari poterit? Si alii motui obviam fieret, contrarium, i. e. malum quiddam, efficeretur secundum egregiam illam rationem.

414 A ἄρρεν et ἀνήρ: ἄνω ῥοή. Miramur quod ἀνδρεία ab ἀνήρ derivatam esse omnino neglegitur; nonne Platonem de industria artissimum hunc conexum neglexisse verisimillimum est, ut quam pravissimam hanc opinionem demonstraret?

414 A γυνή: γονή
θῆλυ: τεθηλέναι (θάλλω!)
θάλλειν: θεῖν + ἅλλεσθαι

415 B κακία: κακῶς ἰόν

415 C δειλία: δεῖ (δεσμός) + λίαν

415 C ἀπορία: ἀ + πορεύεσθαι

415 D ἀρετή: ἀειρείτη (ἀεὶ ῥέον)

416 B αἰσχρόν: ἀεισχοροῦν (ἀεί ἴσχον τὸν ῥοῦν)

417 A ξυμφέρον: συμφέροντα ~ συμφορά (ἀπὸ τοῦ συμπεριφέρεσθαι)

417 B κέρδος ~ κέρνος: κεράννυται (ἐς πάντα διεξιόν)

417 C λυσιτελοῦν: τὸ τῆς φορᾶς λύον τὸ τέλος

417 C ὠφέλιμος: ὀφέλλειν ~ αὔξειν ~ ⟨πλεῖον⟩ ποιεῖν

417 D sq. βλαβερόν: βλάπτον τὸν ῥοῦν ~ βουλαπτεροῦν (βουλόμετον ἅπτειν ῥοῦν); denuo secum pugnat grammaticus, cum ἅπτειν p. 404 D 412 B „bonam" verbi significationem efficiat, p. 417 DE „malam."

418 B ζημιῶδες: δοῦν τὸ ἰόν

419 A δέον: διιόν

---

[1]) Similiter in libro de „Sophia" q. f. Salomonis sapientiam enodari adnotavit Pfleiderer, Die Philosophie des Heraklit von Ephesos im Lichte der Mysterienidee Berol. 1886 p. 299: πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία; quod fortasse ex Heracliti asseclis vel philosophis quibusdam mysticis pendet, quos carpit Plato.

419 B *ἡδονή: ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν ἔοικε τείνουσα (~ ἰοῦσα) πρᾶξις*

419 C *λύπη: ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος ἔοικεν ἐπωνομάσθαι. ἀνία: τὸ ἐμποδίζον τοῦ ἰέναι*

419 C *ὀδύνη: ἔνδυσις τῆς λύπης*

419 C *ἀχθηδών: ... ἀπεικασμένον... τῷ τῆς φορᾶς βάρει*

419 C *χαρά: τῇ διαχύσει καὶ εὐπορίᾳ τῆς ῥοῆς τῆς ψυχῆς ἔοικε κεκλημένη*

419 D *τέρψις ~ τερπνόν: ἀπὸ τῆς διὰ τῆς ψυχῆς ἕρψεως πνοῇ ἀπεικασθὲν κέκληται,*

419 D *εὐφροσύνη ~ εὐφεροσύνη: ἀπὸ τοῦ εὖ τοῖς πράγμασι τὴν ψυχὴν ξυμφέρεσθαι*

419 D *ἐπιθυμία: τῇ . . . ἐπὶ τὸν θυμὸν ἰούσῃ δυνάμει δῆλον ὅτι τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα.*

419 E *θυμός: ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα.*

419 E sq. *ἵμερος: τῷ μάλιστα ἕλκοντι τὴν ψυχὴν ῥῷ ἐπωνομάσθη. ὅτι γὰρ ἱέμενος ῥεῖ καὶ ἐφιέμενος τῶν πραγμάτων, καὶ οὕτω δὴ ἐπισπᾷ σφόδρα τὴν ψυχὴν διὰ τὴν ἕσιν τῆς ῥοῆς....*

420 A sq. *ἔρως: ὅτι ἐσρεῖ ἔξωθεν καὶ οὐκ οἰκεία ἐστὶν ἡ ῥοὴ αὕτη τῷ ἔχοντι, ἀλλ᾽ ἐπείσακτος διὰ τῶν ὀμμάτων,*

βολῆς ἀπεικάσματα

420 B *δόξα: δίωξις ~ τόξου βολή;* opinio igitur secundum hanc legem bonum significat, id quod verae Platonis sententiae plane oppositum est;

420 B sq. *οἴησις: ⟨οἰστός⟩*[1] ~ *οἶσις*[2] (*φέρομαι*)

420 C *βουλή: βολή*

420 C *βούλεσθαι: βουλεύεσθαι*

420 C *ἀβουλία: ἀτυχία δοκεῖ εἶναι, ὡς οὐ βαλόντος οὐδὲ τυχόντος οὗ τ᾽ ἔβαλλε καὶ ὃ ἐβούλετο καὶ περὶ οὗ ἐβουλεύετο καὶ οὗ ἐφίετο.*

420 D *ἑκούσιον: εἶκον τῷ ἰόντι*

420 D *ἀναγκαῖον: ἄγκη (δύσπορα καὶ τραχέα καὶ λάσια ὄντα ἴσχει τοῦ ἰέναι).*

421 A *ὄνομα: ὂν οὗ μάσμα*[3] neminem acerbissima fugiet Socratis ironia, qui inane ac fluxum nomen *ὂν*[4] appellat.

---

[1] Deuschlius ad loc. secundum *τόξου βολή*

[2] *ἅπαξ εἰρημένον!*

[3] *ἅπαξ εἰρημένον!*

[4] Quod hoc loco absque dubio „ens" significat, neque facit ad rem, quod *ὂν* 421 B ex verbo *ἰέναι* iocose derivatur.

Finxit Plato hunc grammaticum, qui bonas ac salubres res ex fluctu Heracliteo, malas ac perniciosas ex Parmenidis doctrina interpretatus erat, nomen ipsum, quod in summis ac pulcherrimis Cratylus habet, ex Parmenidis doctrina interpretantem: unde sequitur, ut ille Socrates inscius secundum rationem suam nomen malum ac perniciosum quiddam demonstrare videatur. Non minus iocosa videtur veritatis originatio:

421 B *ἀλήθεια: ἄλη θεία* (*θεία φορά*) veritas, constantiae et quietis symbolum festivo lusu cum vagatione et errore divino[1]) comparatur.

421 B *ψεῦδος: καθεῦδον ... τοὐναντίον τῇ φορᾷ. πάλιν γὰρ αὖ λοιδορούμενον ἥκει τὸ ἰσχόμενον καὶ τὸ ἀναγκαζόμενον ἡσυχάζειν, ἀπείκασται δὲ τοῖς καθεύδουσι·*

421 B sq. *ὄν* et *οὐσία: ὁμολογεῖ τῷ ἀληθεῖ, τὸ ἰῶτα ἀπολαβόν. ἰὸν γὰρ σημαίνει*[2]), *καὶ τὸ οὐκ ὂν αὖ, ὥς τινες καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ οὐκ ἰόν.*

426 C *κίνησις: κίειν + ἕσις.* Qua malignitate Plato in refutandis originationibus utatur, ex hoc loco dilucide apparet. Quamvis enim *ρ* litteram motus et agitationis vim habere contendat, tamen eodem ipso loco „*κίνησις*" (motus!) affert, quae vox ne unam quidem continet *ρ*. vid. 434 C.

426 D *στάσις: ἀπόφασις τοῦ ἰέναι*

Iam satis apparet hanc interpretandi legem Heracliteam cavillatione peremptam esse a Platone. Ut omnis tollatur dubitatio, ipsius Socratis verba affero, quibus quid de hac ratione cogitet profitetur:

411 C *αἰτιῶνται δὴ οὐ τὸ ἔνδον τὸ παρὰ σφίσιν πάθος αἴτιον εἶναι ταύτης τῆς δόξης, ἀλλὰ αὐτὰ τὰ πράγματα οὕτω πεφυκέναι, οὐδὲν αὐτῶν μόνιμον εἶναι οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ ῥεῖν καὶ φέρεσθαι καὶ μεστὰ εἶναι πάσης φορᾶς καὶ γενέσεως ἀεί* ! vid. 402 C.

---

[1]) cf. Apeltium p. 31 (Wahrheit): „Sie also, die Wahrheit, die wenn irgend etwas die Züge der sich gleichbleibenden Ruhe und Beständigkeit trägt, wird hier durch die Verwandlungskunst der Etymologie in das gerade Gegenteil verkehrt."

[2]) Quo plane contrarium efficitur!

n) At non modo Heracliteam hanc legem ridet, sed etiam Homericam, quam eodem refert (cf. p. 402 A). Iis locis, quibus ex poetarum[1]) carminibus, Homeri imprimis, exempla petuntur ad confirmandas rationes grammaticas, iocum inesse ex eo cognoscitur, quod Platonem sophisticam ex poetis exempla sumendi rationem impugnavisse constat; non veram cognitionem sequitur poeta, sed opinionibus indulget. Poeticam cognitionem Plato nisi opinionum loco non habet; cum opus poetae sensualismo contineatur, cognitionem veram ex poetis hauriendam esse negat[2]). Quod ad ironiam statuendam haud exiguum est subsidium. Afferuntur: Homerus (391 C, 392 A [*B* 811], 392 B sq. [*Z* 402, *X* 506], 393 B, 402 B [*Ξ* 200 sq.], 407 A, 408 A, 408 B: Pana filium Mercurii esse interpretatur grammaticus secundum poeticam rationem Hom. Hymn. XIX 1), 415 A,

Hesiodus (397E [Opp. 121 sqq.], 402 B [Theog. 337], 406C [Theog. 195 sq.]),

Orpheus (402 B [Orphic. fr. 32 = p. 157 Abel]),

Poetae (398B, 407C: *ἦ τὸν γενναῖον τὸν φάεος ἵστορ᾽ ἐρωτᾷς*; quod secundum versum quendam heroicum formatum est, 409C, 410B, 412B, 428D)[3]). Praeterea Socrates non raro inflato tumidoque sermone ac tragoediarum pompa utitur. Cothurnis prope assurgentem magnifica verba facere elucet cum plurimis aliis tum ex iis locis quae totos versus trimetros, tragicos et comicos, reddunt:

398 A *χρυσοῦ πεφυ|κὸς ἀλλ᾽ ἀγαθόν| τε καὶ καλόν|*

400 E *αὐτοὺς καλεῖν|ὡς ἄλλο μη|δὲν εἰδότας|*

407 B ⏑ - ⏑ - | ⏑ - ⏑ *ἔτι*| *δὲ μειζόνως|| λέγων θεοῦ| νόησιν ὡσ|περεὶ λέγει|*[4]) vid. 421 E multosque alios locos versuum partes exhibentes. Neque immerito Cratylus (428BC) sese a Socrate erudiri posse dicit: 431 C *οὕτω· καλῶς| γάρ μοι δοκεῖς| λέγειν* ⏑ - |—

---

[1]) Homerum, Hesiodum, Orpheum ut „Heracliteos ante Heraclitum in Cratylo perstringi demonstrant Duemmler, Ant. p. 37 (= Kl. Schr. p. 42 sq.). Joelius II p. 169. De Orpheo cum Heraclito coniuncto disseruit Woltjer p. 67; cf. p. 133.

[2]) Staehlinus p. 50 sq.

[3]) vid. Brownson p. 5 sqq. praec. p. 26 sq. Astium p. 191.

Quo poetarum odio Plato cum Xenophane consentit; cf. Kuehnemannum p. 335.

[4]) cf. Phaedr. 267 B: *οἶμαι γὰρ ἂν || σύμψηφον αὐ|τῷ καὶ τὸν Ἠ|λεῖον ξένον.*

Neque Heraclitea neque Homerica lex ad res ipsas cognoscendas valet[1]). Eodem referendi sunt illi loci, quibus Euthyphronis vatis vaniloqui praesagia perstringuntur.

o) Gravissimum ioci argumentum iis locis inest, quibus Socrates se per Euthyphronem quasi divino quodam instinctu concitatum in verborum enodationibus laborare profitetur. Eodem lusu utitur Plato in Menexeno, ubi laudationem funebrem iocosam satis superque ab Aspasia sese didicisse simulantem facit Socratem (236 B sqq.). Rapuit eum Musa Euthyphronis p. 396 D, 399 A, 399 E, 401 B (*ἀφ' Ἑστίας ἀρχώμεθα* = Euthyphr. 3 A: *ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι*) 407 D, 409 D, 411 B, 428 C.

p) Similem iocum in iis dialogi partibus agnoscimus, in quibus superbia arrogantia vana de se persuasione effertur Socrates

394 A .. *ὥστε δόξαι ἂν τῷ ἰδιωτικῶς ἔχοντι ἕτερα εἶναι ἀλλήλων τὰ αὐτὰ ὄντα·*

395 B *τοῖς δ' ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων ἱκανῶς δηλοῖ ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς.*

403 A et passim: *οἱ πολλοί*

417 B *λυσιτελοῦν*: *οὐχὶ καθάπερ οἱ κάπηλοι αὐτῷ χρῶνται,* quibus probabile est Platonem arrogantiam sophisticam ridere. —

Iam nos vertamus ad verborum compositionem. Serio videmus Socratem condiciones ac postulata verborum compositionis explicantem inde a pagina 422 A: deverticula quibus adhuc se usum esse (!) confitetur, reicienda esse demonstrat (421 D); eadem scilicet ratione utitur ac p. 428 AD, ubi totam argumentationem suam in dubium vocat. Nominibus enodatis elementa invenimus, quae ipsa, ut verae naturae respondeant nomina, recta i. e. secundum ipsam formam atque naturam formata esse necesse est. Legislatorem oportet unamquamque vocem (424 C), vocales aliasque litteras, deinde syllabas secundum similitudinem effingendis nominibus adaptare, sive singulis opus est sive compluribus. Quod ut recte a legislatore efficiatur, et singulae voces et res subtiliter digerendae ac

[1]) vid. Hornium p. 39, Hoettermannum p. 76.

disponendae sunt (424 D). Alia ratione fieri non potest, ut singulae voces aptis rerum notionibus respondeant. Denuo Plato, ut haec desiderata ac postulata rectae linguae esse ostendat, saepenumero usurpat „*δεῖ*“ (424 C sq.) et tempus futurum (*ἐποίσομεν* 424 E, *συστήσομεν* 425 A). Tum hac norma rectae linguae metaphysicae parta linguam hominum perscrutatur, ut sitne „recta“ necne discernatur. Quo artificio vel in exordio, ut vidimus, usus erat. — Parum linguam hominum hisce condicionibus satisfacere ipse vel aperte profitetur:

425 B *Τί οὖν; σὺ πιστεύεις σαυτῷ οἷός τ᾽ ἂν εἶναι ταῦτα οὕτω διελέσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὔ.*

425 D *Γελοῖα μὲν οἶμαι φανεῖσθαι, ὦ Ἑρμόγενες, γράμμασι καὶ συλλαβαῖς τὰ πράγματα μεμιμημένα κατάδηλα γιγνόμενα·*

426 B *Ἃ μὲν τοίνυν ἐγὼ ᾔσθημαι περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων, πάνυ μοι δοκεῖ ὑβριστικὰ εἶναι καὶ γελοῖα,* quibus verbis ipse concedit ridicula sibi videre quae de „primis nominibus“ sentire videatur. — Ac denuo id spectat, ut hanc rationem, quam se simulat sequi, ad irritum redigat. Singulas litteras certam vim habere exponit[1]): *ρ* moventia ac fluentia quaedam, *ι* tenuia et acria, *σ, ζ, φ, ψ* flatu effecta et agitata, *δ, τ* pressa, *λ* levia et lubrica, *ν* intro versantia, *ο* rotunda *α, η* ampla ac magna, *γλ* „lenta“ (Cucuelius) significant.

Socratem inde a p. 426 A denuo ludere in nominibus interpretandis ex ea praecipue re apparet, quod vel initio eodem loco, quo *ρ* litteram moventia quaedam significare demonstrat, „*κίνησις*“ affert, quae vox, ut supra commemoravimus, nullam continet *ρ*[2]); eadem insuper ratione atque antea iocose satis superque adhibita barbaras et antiquas formas deverticula quaerens sectatur. Si exempla allata condicionibus antea propositis respondere putas, falleris; quamquam singulae[3]) „rectae“ litterae in his verbis insunt excepta „*κίνησις*“ voce, tamen aliarum multo maior pars aliam exhibet vim, non raro plane contrariam: (427 B) *ὀλισθάνειν*, *λιπαρόν*, quas litteras secum pugnare

---

[1]) vid. Cucuelii tabulam p. 51.

[2]) quod iam Hornius p. 47 vidit.

[3]) 394 BC: Astyanax et Hector, quamvis unam tantummodo litteram communem (t) contineant, idem significant.

praeterea (434 C sqq.) allato „*σκληρότης*“ exemplo demonstrat. Iocose denique in explicanda litterae *o* vi grammaticum circumagi optime iam Hornius (p. 50) exposuit. Ac parum hanc lepidissimam Platonis argumentationem A. Doering in censura sagacissimae commentationis Hornianae (WklPh 22 [1905] p. 206) dispexit, cui non persuadetur hanc dialogi partem ironiam redolere: Serio, id quod minime negamus, condiciones ac postulata rectae verborum compositionis prolata sunt, sed eo consilio, ut hac norma rectae linguae cum lingua humana comparata discrepantia huius et illius manifesta fieret; quae discrepantia iocandi materiem absque dubio praebuit.

His igitur expositis permulta addere possum, ex quibus mihi elucere videtur Platonem in Cratylo festivum quendam lusum adornasse. Quam multis ambagibus ad enodanda nomina eget Socrates (398 B *ἀγαθός* ~ *φρόνιμος* ~ *δαήμων* ~ *δαίμων*, 403 sqq. *Πλούτων* ~ *Ἅιδης*, 408 B sq. *Πάν*), quam insulso, ne dicam furibundo conexu nomina et res cohaerere grammaticus ille conicit, quam prava videtur ea ratio, qua usus Socrates *ψυχή* ex *ἀναψῦχον* (399 DE), *ὧραι* ex *ὁρίζειν* (410 C) derivat! Nonne subtilitati Socraticae plane opposita est petulantia et socordia[1]) grammatici: si omnia desunt deverticula — *οὐ δεῖ προσβιάζεσθαι* (410 A)!

Ironiae profecto summam his puto contineri verbis (410 E), quibus Socrates gliscente lusu ab Hermogene laudatus (*πολὺ ἐπιδίδως*) nimia sui aestimatione elatus gloriatur: *πόρρω ἤδη οἶμαι φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν* (vid. Euthyphr. 4 B).

Senserunt iocos plurimi viri doctissimi, sed suspicionibus ipsis nihil proficimus: sunt enim, qui non abhorrere nugas illas a Platonis ingenio putent. Itaque haec attulisse satis habeo, quibus iocus atque cavillatio demonstrari possunt, quamvis pervicaci quadam tenear cupiditate ioci genera perlustrandi; quod praetermissum adhuc me consecuturum spero in editione Cratyli Platonici critica et exegetica, ubi etiam diversas philosophorum doctrinas, quas huius dialogi originationes reddunt, enucleare et controversias quasdam — Duemmleri Nestlii aliorum — dirimere conabor.

Ipsi Platonis sententiae necnon rectae linguae condicionibus plane opposita Socratem etymologum vidimus proferre. Hic igitur Socrates non est Platonicus, alienam induit

---

[1]) e. gr. 407 C: *Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ, τὸν Ἄρη ἐρῶτα.*

personam! Ut omnis tollatur dubitatio, paucos quosdam afferamus locos, quibus Socrates sese iocari ipse confitetur; non omnino ridiculas hasce partes peragit, sed interdum persona paululum detracta, ut Mephistopheles, veram sententiam aperit[1]):

393 C *καλῶς λέγεις·* (quia *ξυνδοκεῖ* dixit Hermogenes!) *φύλαττε γάρ με, μή πῃ παρακρούσωμαί σε.*

396 E *τό μὲν τήμερον εἶναι χρήσασθαι αὐτῇ (τῇ δαιμονίᾳ (!) σοφίᾳ) καὶ τὰ λοιπὰ περὶ τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψασθαι*[2]), *αὔριον δέ, ἂν καὶ ὑμῖν συνδοκῇ, ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα ἐξευρόντες ὅστις τὰ τοιαῦτα δεινὸς καθαίρειν, εἴτε τῶν ἱερέων τις εἴτε τῶν σοφιστῶν.*

[398 D *αἰνίγματος* (!)[3]) *χάριν (σμικρὸν παρηγμένον ἐστίν)*]

400 D sq. ... *περὶ θεῶν οὐδὲν ἴσμεν, οὔτε περὶ αὐτῶν οὔτε περὶ τῶν ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ ἑαυτοὺς καλοῦσιν* (sed cur deorum originationes profert?)· *δῆλον γὰρ ὅτι ἐκεῖνοί γε τἀληθῆ καλοῦσι·* Et

401 A ... *σκοπῶμεν ὥσπερ προειπόντες τοῖς θεοῖς ὅτι περὶ αὐτῶν οὐδὲν ἡμεῖς σκεψόμεθα — οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν οἷοί τ' ἂν εἶναι σκοπεῖν — ἀλλὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, ἥν ποτέ τινα δόξαν ἔχοντες ἐτίθεντο αὐτοῖς τὰ ὀνόματα. τοῦτο γὰρ ἀνεμέσητον.* Quibus locis continetur, quasi actis, Socratis confessio: Alia di ipsi sibi dederunt nomina, alia homines; cum illa „recta" sint, haec hominum vix deorum naturae respondent.

401 DE *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ὡς παρὰ μηδὲν εἰδότων εἰρήσθω... ἴσως μέντοι οὐδὲν λέγω.*

401 E 402 A ... *ἐννενόηκά τι σμῆνος*[4]) *σοφίας... Γελοῖον μὲν πάνυ εἰπεῖν, οἶμαι μέντοι τινὰ πιθανότητα ἔχον.*

406 BC *Μεγάλα . . ἐρωτᾷς. ἀλλὰ ἔστι γὰρ καὶ σπουδαίως εἰρημένος ὁ τρόπος τῶν ὀνομάτων τούτοις τοῖς θεοῖς καὶ*

---

[1]) cf. Hoettermannum p. 81.

[2]) vid. Antisthenem apud Epict. Diss. I 17, 22: „*ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις.*"

[3]) C. F. Hermann ‖ *στόματος* Peipersius (Philol. 29, p. 178) ‖ *ὁμωνυμίας* Adamius (p. 8).

[4]) cf. Men. 72 A, Aristoph. Nub. 297 *θεῶν ... σμῆνος* aliosque a Leeuwenio (ad vsm.) allatos locos: Ar. Vesp. 425 *τὸ λοιπὸν σμῆνος*, Lys. 353 *ἑσμὸς γυναικῶν*, Cratin. fr. 2 *σοφιστῶν σμῆνος*, com. adesp. fr. 22. *Μουσῶν ἀνθρήνιον.* Iure igitur hunc Cratyli locum lusum redolere contendimus.

παιδικῶς. τὸν μὲν οὖν σπουδαῖον ἄλλους τινὰς ἐρώτα(!), *τὸν δὲ παιδικὸν οὐδὲν κωλύει διελθεῖν· φιλοπαίσμονες γὰρ καὶ οἱ θεοί.*[1])

415 A *ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, ἀκριβολογοῦ, μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος* (quam iocose illa Hectoris verba Z 265 hoc loco a Socrate usurpantur!)

417 E sq. (Herm.: *Ποικίλα γέ σοι, ὦ Σώκρατες, ἐκβαίνει τὰ ὀνόματα. καὶ γὰρ νῦν μοι ἔδοξας ὥσπερ τοῦ τῆς Ἀθηναίας νόμου προαύλιον στομαυλῆσαι, τοῦτο τὸ ὄνομα προειπὼν τὸ βουλαπτεροῦν.)* Socr.: *οὐκ ἔγωγε . . . αἴτιος, ἀλλ' οἱ θέμενοι τὸ ὄνομα.*

421 C Similiter Hermogenis verbis recondita contineri videtur cavillatio, quem Plato ad Socratis originationes facit respondentem: *Ταῦτα μέν μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἀνδρείως πάνυ διακεκροτηκέναι.*

422 C ... *συνεπίσκεψαι μετ' ἐμοῦ μή τι παραληρήσω* ... Deverticulis sese uti non raro ipse confitetur (421 CD), ut supra vidimus. Denique quid de verborum compositione sentiat, satis superque ex pp. 425 DB. 426 B elucet. (cf. p. 38.)

Monendum insuper est Socratem frequenti usu vocum ponendi rationem exhibentium (397 C, 401 A B, 402 B D, 404 E, 406 B, 411 B, 414 C, 416 BC, 417 B, 418 A, 419 A, 425 A e. gr.) profiteri falsam esse eam rationem, cuius sectatores unice natura nomina orta esse contendant.

Nomen igitur demonstravimus Platonis sententia incertum ac vanum instrumentum veritatis cognoscendae esse. (Nunc lux fortasse affulgebit aliorum dialogorum locis, quibus Plato in enodandis nominibus laborare videtur!) Memoria repetimus Parmenidis veritatis ac nominis discrepantiam (fr. 8, 38 sq.) quae plane opposita est nominalismo ac sensualismo[2]). Lingua hominum nisi opinionibus non continetur, veritatem non reddit. Eos igitur, qui a naturali nominis et rei conexu profecti originem verborum scrutantur, insulsum atque ineptum laborem suscipere Plato ostendit simili fere ratione atque recentioris aetatis philosophi, imprimis G. Galilei, qui Scheineri sententiam iocose

---

[1]) vid. Hoettermannum p. 76.

[2]) ad quem contra propius accedit motus Heracliteus, cuius vim immoderate auxit imprimis Cratylus (Arist. Metaph. *Γ* 5 1010 *a* 7). — cf. Heracliti fr. 1 *ἐπέων καὶ ἔργων*, fr. 112 *λέγειν καὶ ποιεῖν* (Otto Gilbert, Griechische Religionsphilosophie 1911, p. 74, adn. 2; sed hic immerito putat Platonem serio secundum Heracliti rationem verba enodare p. 72 sq. adn.)

redarguit: tamquam si res ipsae nominum causa essent nec nomina rerum causa (quod Hoenigswaldio debeo). Nihil refert, quod ipsarum originationum paucae non tam insulsae videntur; semper enim hoc observandum est a Platone horum doctrinam impugnari, qui naturalem conexum contendunt. Platonem igitur apparet originationes quasdam grammaticas aetatis suae ridiculas satis superque sibi visas diffamasse in deterius insuper detorquendo atque lusum parodiae adornasse. Denique si quis mihi obiciat illis temporibus originationes non minus ridiculas a grammaticis serio prolatas esse: A grammaticis, respondeo, et sophistis, sed vix ab ipso philosopho nihil nisi rectam cognitionem quaerente! Plato quidem non tam originationes per se ipsas ridet quam inani conexu nomina et formas contineri demonstrat, et quam inanis sit labor ex verbi compositione ipsius rei veram naturam dispicere conari, ostendit. Quam tenui atque exili vinculo *Cratyli* nomina cum rebus continentur! Num „*ὀρεινόν*" e. gr. totam ipsius Orestis naturam reddit?[1]) Quamvis sales ac facetiae satis superque eluceant, tamen, auream mediocritatem qui ament, Platonem iocularia tantummodo miscuisse seriis putant, aut summum philosophum flebiliter se ipsum risisse, ut Steinthalius (I² p. 108): „Ist dies aber richtig, und steckt dann hinter aller Ironie noch ein gewisser Schmerz (!) der Selbstpeinigung (?): so wäre in unserem Dialoge hinter der fratzenhaften Karikatur ein Medusenhaupt zu sehen, dessen schönes Gesicht mit sanften Zügen den Schmerz über die es umzischelnden Schlangen verrät." Quam opinionem facete magis quam subtiliter excogitatam esse Luckowius p. 11 iam vidit[2]). — Ego contra haud ambigue Platonem de industria Cratylum dialogi risisse contendo. Firmissimum huius interpretationis argumentum hoc est, quod Cratylus (428 C) totam disputationem nullis exceptis summopere probat et Socratem tam inepte hariolantem summis effert laudibus; non sine malignitate eo ipso momento temporis persona crudeliter abiecta suam ipsius sententiam pravissimam esse confitetur. Demonstrat hic locus Platonem de industria Cratylum in dialogo ridere. Itaque, quo ineptior huius opinio appareret, hanc formam ac faciem dialogi Plato elegit, ut profectus ab extrema Cratyli sententia, qua

---

[1]) 395 C *Πέλοψ*, 406 A *Μοῦσαι* vid. Hornium p. 39.

[2]) cf. Benfeyum p. 211; Schaeublinum p. 87.

ductus per ludibrium[1]) ille Hermogenem negaverat Hermogenem esse, quod pauper et imbecilla mente esset, sub illius persona delitescens perscrutaretur, sitne natura lingua recta necne. Ludibrio erat Hermogenes Cratylo, sed multo magis Cratylus Platoni[2]). Mephistophelis profecto Goethiani partes hic *prior* Socrates suscepit. Parodia videmus expressam scholam quandam grammaticam, qua Socrates, ut Mephistopheles cum discipulo disputans, vanas ac persuasionis sui plenas sophistarum opiniones perstringit. Inducta Hermogenis persona iocose demonstrat, quomodo mens quaedam integra nugis et ineptiis sophisticis corrumpatur: Denique quam misera videtur ipsius Cratyli sententia Socratem laudantis, cum Hermogeni, qui antea contra Cratyli opinionem vocem miserat, Socratis argumentatione persuadeatur nomina *φύσει* recta esse. Pravam argumentationem protulit prior ille Socrates (390—427), pravior videtur hoc artificio Platonis adhibito ipsius Cratyli sententia. — *τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζῳοποιεῖ.*

Conclusio.

Dialogi compositione enodata restat, ut paucis verbis quo spectet ironia et cavillatio, qua Cratylus perfunditur, quaeramus. Quis est illa „*ἄλλη τις Μοῦσα, (ἥ) πάλαι σε ἐνοῦσα ἐλελήθει*" (428 C.)? Estne ipse Cratylus Heracliti discipulus, quo Plato adulescens magistro usus est? Haud pauca Cratylo in Platonis dialogo tribuuntur, quibus dialogus unicus est fons; nullus contra locus eam Cratyli doctrinam reddit, quae ex aliis paucissimis fragmentis statui potest. Immo quod Aristot. Met. *Γ* 5 (1010 a 12 sq.) de Cratylo digitum tantummodo movente narrat, omnino a Cratylo Platonico alienum est. — Lassallius (II p. 362 sqq.) Ephesium philosophum naturalem nominis et rei conexum statuisse atque unice ipsius Heracliti doctrinam a Platone perstringi putat; quamvis illud ab Heracliti doctrina non abhorreat, tamen, ut parum confirmatum, incertum est

---

1) Brunsius p. 261 sq.

2) Schaarschmidtius totam compositionem parum intellexit, cum (p. 336) miretur, quod Cratylus omnia concedit!

argumentum[1]). Platonem verisimillimum est opinionibus discipulorum Heracliti ad nimium pervenientibus commotum esse, ut totam Heracliti doctrinam rideret; nihil prope ad dialogi consilium cognoscendum refert, utrum ipse Heraclitus an potius Cratylus perstringatur: eodem pertinet. Sed alium, Antisthenem Cynicum, sub Cratyli persona delitescentem acerbissima ironia a Platone peremptum esse non pauci interpretum senserunt atque haud contemnendis argumentis demonstraverunt, ut Schleiermacher[2]) (II, 2, p. 14 sqq. Prooem.), Hermannus p. 479 sqq., 657, Winckelmannus p. 48, Usener, Quaestiones Anax. 13, Reinhardtus, de Isocratis aemulis p. 27, Urbanus p. 21 sq., Duemmler Spec. 55 sq. (= Kl. Schr. I 4 sqq.), Ant. 27 sq. (Kl. Schr. 34 sq.), 37 sqq. (Kl. Schr. p. 42 sqq.) 48 (53), 60 (64), vid. passim. Kl. Schr. p. 136, 138 sq., 143, Ak. 129 sqq. passim, P. Natorpius, Demokritspuren bei Platon (AGPh III p. 522), Platos Ideenlehre p. 119, Dielsius, El. p. 19, Raeder p. 148 sqq., Kleemannus p. 50, Hoettermannus p. 85 sqq., Gomperzius II^3 p. 448 sqq. Quae sententia a multis[2]) impugnata est, imprimis a Barleno p. 9, Zellero II a ^{4} 294, adn. 1, Schaeublino p. 71 sqq., Kirchnero III p. 22 sqq., Meyero (Quaest. Plat. I p. 23), Hornio p. 61 adn.

Multa certe in Cratylo insunt, quae cum Antisthenis opinionibus pugnant[3]); imprimis tantam originationum molem ratione Heraclitea ab ipso Antisthene prolatam esse non intellegimus. Praeterea, ut Hornius (p. 61) monet, Antisthenes numquam, ut Cratylus, idearum constantiam concessisset. Sed contra multi Cratyli loci praecipue Antisthenicam redolent doctrinam. Quas controversias diremptum iri puto, si Platonem artificem fuisse consideramus. In dialogo videmus nominalismum ac sensualismum impugnatum; Platonem igitur puto pro poetica facilitate et arte non unius grammatici vel philosophi praecepta subtiliter in Cratylo reddere; non meram Heracliti[4]) vel Cratyli, non meram Antisthenis doctrinam risit, non unum sophistam asperis facetiis perstrinxit, sed sophistae grammatici ideam. — Cum hanc speciem metaphysicam animo effingeret, imprimis eum opinor ante oculos habuisse Antisthenem. Quamvis singula

---

[1]) Steinthalius I p. 80 sqq.; Zeller I b p. 723, adn. 2 sq.

[2]) Nonnulli interpretes a Natorpio enumerantur R E I 2543.

[3]) 413 C Duemmler Ak. 138; vid. Schaeublinum p. 82.

[4]) cf. Lenormantium p. 316.

argumenta per se ipsa spectata Schleiermacheri, Duemmleri, Hoettermanni — quae si omnia hoc loco afferrem, huius commentationis consilio parum responderem — non sufficiant, tamen cuncta verisimillimum reddunt Antisthenem praecipue a Platone peti; gravissima afferam. a) Similitudo originationum Cratyli (e. gr. *Ζεύς* 396 A, *Ῥέα* 402 B, *Ἅιδης* 404 C, *Ἀπόλλων* 405 C sqq. *Σελήνη* 409 B), et Stoicorum[1]), qui Antisthenem secuti sunt, b) physica et physicotheologia, quae ex *Cratyli* originationibus satis superque elucet, ex diversis Ionicorum philosophorum doctrinis libata[2]), c) poetarum interpretationes allegoricae[3]), imprimis Homeri, d) divinus Euthyphronis furor[4]) Antisthenis memoriam afferunt. Praeterea Prodicus (384 B et passim) lepidissima ironia perstringitur, qui teste Galeno (De virt. physic. II 9 = fr. 4 D)[5]) naturalem nominis et rei conexum non nisi usu depravatum esse putavit. Verisimillimum est Antisthenem discipulum vel sectatorem fuisse Prodici[6]) non minus austero atque tristi ingenio praediti; hoc quidem hodie constat Platonem saepenumero iis locis, quibus Prodicum ridet, Antisthenem petivisse[7]). Quare Steinthalii (I p. 124) dubitatio tollitur, qui Antistheni vix illud tribuendum esse putat: *ἀρχὴ παιδεύσεως*[8]) *ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις*, quod ad Prodicum potius referendum sit: immo Prodico fortasse Antisthenes hanc sententiam debet.

Deinde in Cratylo non desunt Gorgiani sermonis vestigia: 408 C *λεῖον ~ θεῖον, τραχύ ~ τραγικόν;* similia de Antisthene tradidit Diog. L. VI 3 sq.[9]). Priorem insuper Socratem vidimus pompa ac tumido sermone elatum; Cratyli loci metrici, imprimis trimetros praebentes, non alieni sunt a metris declamationum Antisthenicarum[10]). In *Cratylo* igitur videmus Hera-

---

1) Schleiermacher, Prooem. II 2, Duemmler Spec. p. 5 sq.

2) Duemmler Ak. p. 5, 129 sqq. Natorpius A G Ph III p. 522.

3) Duemmler Ant. p. 39, Ak. p. 87; Joelius I p. 169, 359.

4) Duemmler Ant. 28 sq. (35); Joelius II p. 507 et passim.

5) Duemmler Ak. p. 159; vid. Joelium II p. 140.

6) vid. Duemmlerum Ak. p. 87, 158 sqq., 274 sq., Natorpium R E I p. 2539, Kleemannum p. 50, Joelium II p. 139; cf. Kaibelium, Herm. XXV p. 588.


7) impr. Joelius II p. 139, Kleemannus p. 49 sq. Duemmlerum Ak. 160 secuti.

8) Epict. diss. I 17, 12, quod Zeller p. 301 Antisthenis *De nominibus* libro tribuit; vid. p. 40, 46.

9) cf. Anon. in Arist. rhet. III 18; 1419 a 20 (= Comm. in Ar. gr. XXI 2 p. 258.

10) vid. Gerckium Einl. II p. 318.

cliti, Anaxagorae, Diogenis Apolloniatae rationes physicas, ex quibus Antisthenes suam hausit physicam, in usum grammaticum translatas, Prodici ac fortasse Gorgiae, Antisthenis magistrorum, doctrinas in deterius detortas. Quare verisimillimum fit Antisthenem a Platone in *Cratylo* peti:



Antisthenem, *nominalismi* principem[1]), apparet naturalem rei et nominis conexum putavisse, ut ex Aristot. Met. 1024 b 33 (IV 29) elucet: *μηθὲν ἀξιῶν λέγεσθαι πλὴν τῷ οἰκείῳ λόγῳ ἓν ἐφ' ἑνός*[2]). Nonne Plato, cum p. 439 A sq. *τὰ πράγματα* spectanda esse praedicaret, imprimis *τὴν ὀνομάτων ἐπίσκεψιν*[3]) Antisthenis impugnavit?

Et Cratylus Platonicus (p. 429 B sqq.) et Antisthenes[4]) falsa praedicari posse negant, quae opinio artissime cum nominalismo cohaeret. Denique alia quaedam Antisthenis doctrina in Cratylo videtur perstringi: *τὰ στοιχεῖα* definiri nequeunt; *ἄγνωστα* elementa secundum Antisthenis sententiam sunt[5]): Sese haesitare p. 421 C in elementis interpretandis simulat prior ille Socrates ac deverticula quaerit!

---

[1]) vid. Dielsium El. p. 19.

[2]) vid. Alexandr. ad. l. (= Comm. Ar. gr. I p. 434, 25 sqq.); Chappuis p. 77, Zeller p. 293 adn.

[3]) Epict. I 17, 12, Urbanus p. 21.

[4]) Arist. Met. IV 29; Alex. ad. l., Asclep. in Met. IV 27 (1024 A 11) = Comm. Ar. gr. VI 2 p. 353, 18 sqq. in Met. IV 29 (1024 B 17) = Comm. Ar. gr. VI 2 p. 356, 22 sqq. Alex. in Ar. Top. I 11 (104 b 19) = Comm. Ar. gr. II 2 p. 79, 7 sqq. cf. Theaet. 201 E, Soph. 251 B, Isocr. Hel. 1. Zellerum p. 293 adn., Reinhardtium p. 27, Barlenum p. 10.

[5]) Theaet. 202 B sqq. Arist. Met. IV 29 (1024 b 33), VIII 3 (1043 b 23). Zeller p. 294. adn. 1; Stoelzelius p. 123. Gomperzius II³ p. 150.

Si singula spectamus, haud pauci occurrunt loci, qui Antisthenicam doctrinam redolent, imprimis 385 A ἄνϑρωπος: ἵππος, 386 B sqq. ἀγαϑός: φρόνιμος, quae doctrina Antisthenis non minus quam Megaricorum est[1]), frequens usus πάνυ vocis[2]). Sed in his minime acquiescendum est. Quid? Antisthenes nonne imprimis idearum doctrinam impugnavit? Nonne nominalismus plane oppositus est idearum constantiae? Male intellexit Cynicus philosophus Essentiam Parmenideam[3]) atque grandem Platonis metaphysicam[4]), quam ineptissime ab Antisthene impugnatam esse satis superque constat. Protagorae rationes in Cratylo a priore Socrate reiiciuntur, opponuntur Homeri interpretationes (391 CD); scimus Protagorae de Veritate librum ab Antisthene fortasse impugnatum esse; reiectae Protagorae ἀληϑείᾳ suam opposuit Antisthenes[5]); in qua errorem ac contradictionem nullam esse elementa definiri neque posse Antisthenem exposuisse probabiliter suspicatus est Mueller (p. 37). Nonnullis igitur Cratyli locis Plato hanc Antisthenis Veritatem parodia expressit simulans se ipsum Protagoram impugnare. Simili artificio utitur Plato atque in Theaeteto[6]), ubi Antisthenis partes agens Protagorae doctrinam ita in deterius detorquet, ut porcum rerum mensuram esse praedicet: sed ipse Socrates talia aspera verba omnino indecora et illiberalia esse confessus Antisthenem redarguit; similiter, ut Gerckius docet, in Protagora sese sophistam illum impugnare simulat, quo pravior ipsius Euclidis doctrina videatur! Nunc puto omnia aperta fieri:

ἐπιστήμη

Antisthenes:	Plato:
ἀληϑὴς δόξα μετὰ λόγου	idearum doctrina ~ Parmenidis ἀλήϑεια

---

1) Raeder p. 357.

2) Natorpius p. 120; Hoettermannus p. 89; nonnulla alia Antisthenica enumerat Hoettermannus p. 89; vid. Joelium I p. 360.

3) schol. Arist. Categ. 22 b 40; Zeller p. 292.

4) Sic Gomperzius impr.; cum sagacissimis Marburgensium, Cohenii, Natorpii, Hartmanni impr. commentationibus controversiae sint ortae (vid. Aarsium!), ex quibus ipsa idearum doctrinae cognitio summam utilitatem cepit, liceat monere in Cratylo vix reperiri locum, quo εἶδος „condicionis purae“ vim obtineat; vid. Ritteri tabulam (Neue Untersuchungen über Platon, München 1910, p. 322 sq.).

5) vid. impr. Duemmlerum Ant. p. 60 (64), Raederum p. 282, adn. 2.

6) p. 166 C.

Antisthenes in sensualismo atque opinionibus haeret: quamvis Protagoram[1]) impugnet, eodem fere errore tenetur, sensualismo; ipsam veritatem non videt! Cum idearum constantiam contemnat, propius ad Heracliti[2]) doctrinam accedit, ut paene nulla re ab Heracliti asseclis differat.

Non Protagorae, non Antisthenis veritas ad veram cognitionem valet, sed unice Parmenidis, in qua idearum doctrina nititur. Iuvenili quodam ardore Plato hanc suam cognitionem praedicat: firmum ac ratum, ut supra vidimus, sese confidit cognoscendi subsidium invenisse[3])! Sed quamdiu?

---

[1]) Iocose in hac schola cynica (Hoettermannus) Plato demonstrat, quomodo discipulus credulus a Protagorae praeceptis Cynica ratione abalienetur; Protagorae doctrinae reiectae opponuntur Homeri interpretationes allegoricae (391 C sqq.), quas summis in deliciis Antisthenes habuit.

[2]) Inde a pagina 411 D Socrates bonas ac salubres res ex motu, malas ac perniciosas ex quiete et constantia derivat. Videamus quid ex *ἐπειδήπερ τὴν λεοντῆν ἐνδέδυκα* (411 A) colligatur. Haud dubie locus Aesopi (113) fabulam asini leonis pelle induti reddit, licet „venustatis fines excedat iocandi genus" (Adamius p. 10). Plane frigidus locus videretur, si Adamium sequeremur ratum nullam nisi „Herculis laborem suscepi" vim in hisce verbis inesse. Sed Herculem nihilosecius respici apparet. Quisnam leonis pelle indutus est? Hercules et asinus! Antisthenem constat Herculem exposuisse omnes virtutes Sapientis Cynici exhibentem (Duemmler Ak. p. 153). Acerbissima igitur ironia Sapiens ille Cynicus comparari videtur — cum asino! Sed unum non praetermittendum est. Heracliti ratione originationes proferuntur inde a p. 411. Licetne ex hoc loco colligere Platonem illum Sapientem Cynicum risisse, quod sensualismo cynico propinquus videtur esse Heraclito? Heraclitum saltem cum Hercule comparatum esse nummi docent Heraclitum clavam sinistra tenentem exhibentes necnon Heracliti Stoici locus: Quaest. Hom. 34 (= p. 50 Bonn). cf. Dielsium, Herakl. 1909[2]. p. 83.

[3]) vid. Hoettermannum extr.

Verborum conspectus brevis.

Auctor de vita sua.

Natus sum Alexander Kiock die XVI. mensis Novembris anni MDCCCLXXXIX Vratislaviae patre Adolpho, matre Bertha e gente Dachwitz, quos adhuc superstites esse gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium Vratislaviense „Zum Heiligen Geist" quod vocatur frequentavi. Maturitatis testimonium vere anni MCMIX adeptus in universitate litterarum Friderica Guilelma Silesiaca studiis philologicis et philosophicis do operam.

Docuerunt me viri doctissimi Appel, Baumgartner, Cichorius, Cohn, Foerster, Gercke, Hillebrandt, Hoenigswald, Kabitz, Kroll, Kuehnemann, Pillet, Praetorius, Prinz, Rigal, Scheer, Schrader, Skutsch †, Stern, Supan, Ziegler. Seminario philologico per tria semestria interfui sodalis ordinarius Foerstero, Gerckio, Skutschio † moderantibus. Aditum comiter mihi praebuerunt ad seminarium archaeologicum Foerster, ad societatem Graecam Gercke. Ad alia seminaria vel exercitationes benigne me admiserunt Baumgartner, Cichorius, Cohn, Hillebrandt, Hoenigswald, Kabitz, Kuehnemann, Prinz, Scheer, Schrader, Ziegler.

Quibus viris doctissimis gratias ago quam maximas, imprimis Alfredo Gercke, qui doctrina sagacissima semper, praecipue in hac commentatione scribenda, me adiuvit.

Denique philosophis Vratislaviensibus, imprimis Kuehnemanno et Hoenigswaldio, in hoc libello conficiendo permulta me debuisse libentissime fateor.

Theses.

1. Falso Hermannus Paul (Prinzipien der Sprachgeschichte 1909[4], p. 221) contendit *συνέδριον* vocem ex *sanhedrin* ortam esse; immo Hebraea vox ex Graeca lingua sumpta est.
2. Non recte Waldius reiecta Buecheleri sententia *pedicare* (sic scribendum est!) a Graeca voce *παῖς* derivat nisus Corssenio, cuius gravem in interpretando c. Priap. VII. errorem neglexit.
3. *selibra (semilibra)* vocem per haplologiam secundum *semodius (semimodius)* ortam esse contra Waldium contendo Brugmannum (Grdr. I[2] 859, adn. 2.) secutus.
4. *ubi* (*cubi) ~ *πόθι*.
5. In illustrissimo collectionis Schaubertianae aryballo (ed. O. Rossbach, Griechische Antiken des archaeologischen Museums in Breslau, Vrat. 1889, p. 5 sqq.) avem quandam muliebri capite adornatam iuxta Minervam sedentem non *animam*, sed Minervae symbolum esse contendo.
6. Cybelen contendo esse mulierem regio habitu in solio sedentem ac leonis catulum in genibus tenentem, quae sigillo marmoreo collectionis Schaubertianae efficta est.
7. Hor. carm. II 18, 34 sqq. . . . *nec satelles Orci callidum Promethea revexit auro captus* lux affulget, si saturam Menippeam sive *diatribam cynicam* statuimus, in qua Prometheus summis vexatus tormentis, ut liberetur, Charonem auro corrumpere conatur; quibus apte contuleris miseras Promethei Lucianei preces.